

Theses in examine theologorum defendenda, anno MCMXLIV
DE SACRAMENTIS IN GENERE.

26. Septem sunt novae legis sacramenta. - S. Th., 3, 65, 1.
27. Sacramentorum novae legis ritus essentialis rebus tamquam materia et verbis tamquam forma perficitur. - S. Th., 3, 60, 4, 6.
28. Sacraenta novae legis ex opere operato gratiam conferunt non ponentibus obicem. - S. Th., 3, 62, 1-4.
29. In tribus sacramentis novae legis, baptismo, scilicet, confirmatione et ordine, imprimitur character in anima, h.e. signum quoddam indelibile, unde ea sacramenta iterari non possunt. - S.Th., 3, 63.
30. Christus Dominus qua homo omnia et singula novae legis sacramenta instituit, ita ut ecclesia eorum substantiam mutare non possit. - S. Th., 3, 64, 1-4.
31. Valor sacramentorum novae legis noque a fide neque a probitate ministri per se pendet. - S. Th., 3, 64, 5, 9.
32. Valor sacramentorum novae legis requirit in ministro intentionem, eamque internam, saltem faciendi quod facit ecclesia. - S. Th., 3, 64, 8.
33. Etiam ad valorem sacramenti requiritur in susceptore adulto intentio illud suscipiendi. - S. Th., 3, 68, 7; 69, 9.

Notae theologicae atque censurae.

1. Nota "De fide definita," censura "notorie haeretica."

Quod per solemne iudicium a Summo Pontifici vel Concilio Oecumenico definitur.

2. Nota "De fide catholica," censura "haeretica."

Quod per magisterium ordinarium et universale ecclesiae proponitur et ab omnibus agnoscitur.

3. Nota "de fide divina," censura "proxima haeresi."

Quod clare in fontibus sive S. Scr. sive traditionis sive utriusque continetur.

4. Nota "de fide."

Quod vere in fontibus continetur quin tam clare proponatur ut omnes illud agnoscant.

5. Nota "theologice certa," censura "erronea in fide."

Conclusio theologica quae certo ex revelatis deducitur vel ab omnibus theologis tamquam veritas de re supernaturali amplectenda habetur. Haec e.g. de scientia infallibili Xti.

6. Nota "probabilis," censura "errori proxima."

Quod probabiliter ex revelatis deducitur.

7. Nota "communis" censura "temeraria."

Id commune quod ab omnibus agnoscitur; temerarium vero est recedere a communi opinione sine ratione sufficienti et gravi.

8. "Haeresin sapiens" quod sensum bonum haberet potest sed in circumstantiis malum sensum prae se fert.

"Errorem sapiens" vide "errori proxima"

"Male sonans," "piis auribus offensiva," "scandalosa," "captiosa" "iniuriosa," "seditiosa," "schismatica," "blasphema," etc. sese explicant.

De Sacramentis in Genesee

De Fine Tractatus

Tractatus enim hic de sacr in gen superfluum videri potest: singulariter enim de bapt conf euch paen ord matr ext unct tractatur; ergo inutile, immo crudele, alium addere tractatum.

Respondeo poni tract duplici de causa: ratione utilitatis et ratione scientiae

Ratione utilitatis: sunt quae ad omnia sacramenta pariter pertinent (signa, efficacia, materia et forma composita, a DNIC prenniter instituta, ex opre operato gratiam internam conferunt, indepeendenter a fide vel probitate ministri); quae omnia ne septies exponantur et repetantur, in unum colliguntur et semel dicuntur.

Ratione scientiae: sicut rerum materialium periti, antequam de sono, luce, colore, calore, electricitate tractant, primo generalissime de motu et mechanica inquirunt; sicut et philosophi antequam de cosmologia, psychologia, ethica, theodicea tractant, de ente ut sic inquirunt; similiter scientifici in re sacramentaria de sacramentis in genere tractare debent.

Divisio tractatus

1.	De notione, nomine, existentia, numero, convenientia sacramentorum N.L.	1-9
2.	De constitutione sacramenti N.L.	10-17
3.	De effectibus sacramentorum a) de effectu primario, gratia b) de effectu secundario, charactere	18-30 31-37
4)	De causa sacramentorum a) de causa efficienti generali: institutione b) de causa efficienti particulari: administratione c) de causa materiali: susceptione	38-44 45-56 57-63
5)	De sacr. V.L., de sacramentalibus	64

Problemata praecipua.

Evolutio dogmatis: septem non explicite enumerata ante medium saec XII.

Causalitas sacramentorum: moraliter physice intentionaliter
Institutio: generica, specifica.

De Notione Sacramenti

1. Ex usu magisterii ecclesiastici.

- a) septem enumerata DB 844: omnia vere et proprie sacramenta
- b) etiam sacramenta antiquae legis, DB 845
quae tamen essentialiter differunt
- c) elementum commune
DB 876 Commune... SS Eucharistiae cum ceteris sacramentis
'symbolum esse rei sacrae et invisibilis gratiae formam
visibilem'...
NB haec expressio conflatur ex Augustino qui passim dicit
a' sacramentum esse signum rei sacrae
b' sacramentum esse invisibilis gratiae formam visibilem
ubi "signum" aquivalet signo: quod cognitum ducit in cognitionem alterius
ubi "forma" non usurpatur sensu Aristotelico et metaphysico
sed sensu vulgari pro 'specie externa', puta, non formam
et materiam, sed formam et figuram.
- d) commune ceteris sacramentis DB 876
etiam applicatur sacramentis Antiquae legis
DB 695 "illa (sacramenta veteris testamenti) non causabant
gratiam sed eam per passionem Xti dandam esse figurabant"
Ergo figurae gratiae dandae per Xtum
DB 712 "significandi alicuius futuri (Christi) gratia insti-
tuta..."
- e) differentia specifica
DB 695 supra
D^o 712 P §16
Augustinus: alia sacramenta dantia salutem, alia promit-
tentia salvatorem PL 36, 930 R 1475
- f) ulteriora de hac differentia
Sacr NL "ex opere operato" DB 849-51
Sacr AL Gal 1 6; 2 15ss opponuntur opera legis quae non
iustificant (dant gratiam) et fides quae iustificat; 3 19
lex propter transgressiones posita est donec veniret semen;
3 24 lex paedagogus noster fuit in Xtum; 4 1-6 cum essemus
parvuli sub elementis mundi eramus servientes
Hebr 9 13: "sanctificabant ad emundationem carnis"
cf. Lev 11-17 de immunditia legali et sanctificatione opposita

2. Ex suppositione usus.

- a) sacramenta esse ex Dei institutione
 - a' pertinent ad cultum divinum
 - b' dant aliquam significationem supernaturalem habent
ideoque supponunt Deum revelantem
 - c' sanctificant in lege divina positiva
- b) sunt instituta perenniter seu ex lege stabili
non ad tempus: serpens aeneus, transitus maris Rubri, manna

3. Definitur

Sacramentum late sumptum: signum rei sacrae in quantum est
sanctificans hominem III 60 2

Signum sensibile a Deo perenniter institutum ad significandam
sanctificantem et ad conferendam usu suo seu applicatione sancti-
ficationem eo modo quo convenit oiconomiae salutis ad quam signum
illud pertinet P §13

Sacramentum stricte: "quod ita est signum gratiae Dei et invis-
ibilis gratiae forma ut ipsius imaginem gerat et causa existat D 1 c4
rem sensibus subiectam quae ex Dei institutione sanctitatis
et iustitiae tum significandae tum efficiendae vim habet.

Illustratur definitio comparationibus

signum: commune cum omnibus ritibus religiosis cuiuscumque religionis; aliquid agitur modo determinato; sed id quod agitur non est id quod apparet sed latet significatio quaedam specialis et religiosa Cf mactatio sacrificialis et ad usum humanum

signum sanctificans:

toto caelo differt a magia: quae quaerit fines praticos per media occulta, e.g. homo medicinalis -- media occulta quasi naturalia a necromancia: qua colitur diabolus ad fines malos

etiam differt a sacrificio: quod primario est in honorem et cultum divinum; sacramenta primario in sanctificationem hominis

signum sanctificans a Deo institutum in hunc finem

eg martyrium est sanctificans, alter baptismus, rememorat passionem Xti, dicit in vitam aeternam -- sed non a Deo institutum sed a Deo permissum hominibus permissa pessimis infligendum

Significatio sacramenti

III q 60 a 3; P §21

Rememorativa, demonstrativa, pronostica (praenuntiativa)

Quia significant sanctificationem internam eo ipso habent relationem ad causam meritoriam (Xtus, Xtus passus) et ad causam finalem (beatifica visio)

Vide DB 799

- a) O sacrum convivium in quo Xtus sumitur
Recolitur memoria passionis eius (Sanguis novi foederis)
Mens impletur gratia
Et futurae gloriae nobis pignus datur
- b) Bapt Rom 6 3ss
- c) Matr Eph 5 32
- d) Extr Unc: recolitur passio unctionibus; paratur ad mortem

De Evolutione Notionis Sacramenti

- 1 Evolutio: progressio ex minus in magis perfecta
Evolutio organica: scil., in campo biologiae
Evolutio cognitionis: profectus ex conceptibus et propositiob-
nibus obscuris confusis implicitis ad clara distincta explicita
clara-obscura: res secundum distinctionem ab aliis
distincta-confusa: res secundum rationes internas
implicita-explicita: a subauditis, intellectis aliquo modo
- 2 Revelatio divina evolvitur per antiquum testamentum usque
ad mortem ultimi apostoli quando clauditur
Dogma, revelatio prout ab ecclesia proponitur, per se non
evolvitur sed per accidens evolvitur
Non evolvitur ratione veritatis propositae: Deum triumnum,
realis praesentia, numeri septenarii
Evolvitur ratione modi proponendi: hypostasis, consubstan-
tialis, transsubstantiatio, septem sacramenta, Immac Conc.
Scientia theologica: per se evolvitur non quidem ratione
veritatum materialium quae sunt conceptus concipiendae et ordinandae
sed ratione ipsorum conceptuum et ordinationum
- 3 Evolutio scientiae theologicae haec summis lineis invenitur
a' Aetas patristica: PP exponunt varias doctrinas easque contra
haereticos tuentur; at deest systematica totius doctrinae expos-
itio
b' Aetas collectionum: Sententiae, florilegia, catenae
S. Prosperus Aquitanus (ob 463): Sent ex op Aug, PL 51, 427-96 /992
Taio ep. Caesaraugustanus (Saragosse) c. 650: Sent lib V, PL 80 727-
S. Isodorus Hispalensis (ob 738): Lib III Sent, PL 83, 537-738
c' Aetas ordinationis materialis
distinguitur per influxum dialecticae (unum ex 7 artibus doctis
in scolis a Carolo M institutis)
quaeritur systematica materiae dispositio sub capitibus distinctis
et redonciliatio auctoritatum apparenter oppositarum
evolvitur duplii linea non accurate distincta: theologica et
canonica
D. Yvo Carnotensis (Chartres ob 1116): Decretum PL 161 47-1022
et Parnormia PL 161 1045-1244
Gratianus (ob 1158) Concordia discordantium canonum PL 187 29-1870
Petrus Abaelardus (1079-1142) Sic et Non, PL 178 1339-1610
Hugo de S. Victore (1097-1141) De Sacramentis Christianae Fidei
PL 176 183-618
Robertus Pullus (Pulleyn ob 1146): Sententiarum libri VIII,
PL 186 639-1010
Petrus Lombardus, ep. Parisiensis, ob 1164: Sent lib IV (c. 1150)
opus culmen praecedentis evolutionis, fundamentum subsequentis
d' Aetas ordinationis formalis
Fides quaerit intellectum
Praecursor quasi anachronisticus, Anselmus (1033-1109) ep Cantuar
PL 158, omnia difficillima profunde philosophice audacter, at sine
implemento philosophico satis evoluto, sine fundamento dogmatico
satis amplio, quasi magister universitatis eiusdem periodi

Maxima nomina: Halensis, Albertus, Bonaventura, Thomas

J. de Gellinck, Le mouvement theologique du XII^e siecle, Paris 1914

De Evolutione Notionis Sacramenti

/charitas aedificat

- 4 Problema enumerationis: cur duodecim saecula? scientia inflat /20
a sine definitione, nulla enumeratio: quot habes digitos? 8 10 16 18
b alia aliis difficilior definiuntur
puta, digitos et vitamina quae dicuntur
c definitiones sunt a priori, a posteriori, empiricae, explicativae
a priori: ens a se, ens ab alio, linea recta, circulus, acceleratio
a posteriori et empiricae: in botanica, zoologia
a posteriori et explicativae: formulae chimicae
d definitio sacramenti est a posteriori: supponit revelationem,
fidem, reflexionem super fidem
e definitio sacramenti est explicativa: continet elementa quibus
sine explicatione non pervenitur: signum est quid empiricum;
sed efficacia gratiae non est; erant enim empir: sacr. initiationis
gratia: puta notionem supernaturalitatis
efficacia gratiae ex opere operato
f etiam datis omnibus elementis requiritur systematica inquisitio
de signis ecclesiasticis ut determinetur quænam sint sacramenta
ad systematicam inquisitionem requiritur spiritus dialecticae

5 Historia solutionis; ~~Nown~~

- a SScr numquam usurpat nomen "musterion" "sacramentum" sensu
nostro technico
Musterion: a radice μῦ vel μύ, sonus factus labiis clausis
in graecitate posteriori, significat "secretum" ita apud
Menander, musterion sau me kateipes to philo
Ciceronem, in epistolis, passim
sensu translato, Herodianus, o stratiokos orkos tes Romaion
arkhes musterion, secretum imperii
Marcus Aurelius, o thanatos,toiouton oion genesis, phuseos
musterion, secretum naturae
musteria, pl., ritus initiationis, Eleusis, Samothrace, etc.,
initatus tenetur secreto
Musterion in SScr: 21 apud Paul, 4 in Apoc, 3 in synopticis
a' secretum Dei relate ad salutem hominum Rom 16 23 musteriou,
khronois aioniois sesigmenou, phanerothentos de nun
b' sensus secretus, absconditus, typicus, symbolicus
Dan 2 18.27.30 somnium Nabucho donosoris
Eph 5 32 sensus typicus matrimonii
Apoc 1 20; 17 5.7; sensus symbolicus bestiae, 7 stellarum
c' actio abscondita, factum ignotum
2 Thess 2 7 mysterium iniquitatis
1 Cor 15 51: resurrectio corporum
Sacramentum: sicut ornamentum, quo quis fit ornatus, calceatus, etc
a' id quo aliquid aliquis efficitur sacer, consecratus, devotus
ius iurandum militare, per deos miles devovetur duci sequendo
b' id quod fit sacrum; pecunia deposita a litigantibus in causa
civili; ex loco ubi deponebatur; ex usu pecuniae deprenditae
c' unde lis, causa civilis, iuriandum fidelitatis.
Sacramentum in SScr
Numquam occurrit in versione latina antiqua
In vulgata, sine ratione assignabili, interdum musterium
vertitur transliteratione vocabuli graeci, decies et sexies
vertitur per sacramentum, etc., etc.
Consilium divinum circa redēptionem: Eph 1 9; 3 3; 3 9; Col 1 27
Typus, symbolum: Eph 5 32 Apoc 1 20; 17 7
Secretum: 1 Tim 3 16

De Evolutione Notionis Sacramenti

6 Apud PP. graecos

Primitiva symbolismi affirmatio

ex Rom 6 3-11; 1 Cor 10 17; 11 29; Eph 5 22-33

R 6 56 (Didache, Ignat Antiochenus)

Influxus scholae allegoricae et platonicae Alexandrinae

Ogigines: definitio signi, unde definitio Augustini et nostra
"signum dicitur cum per hoc quod videtur aliud aliquid indicatur"

applicatur definitio, tum aliis signis, Ionas e

ventre piscis et Xpus ex monumento resurgens, e Phil 3 3

circumcisio carnis et circumcisio cordis, tum etiam sacramenta,
baptismalis immersio, mors peccati, emersio, ablutio animae

Unde symbolum efficax, e Io 3, R 947, 1011 Basil Greg Naz

Unde difficultas circa Eucharistiam: Origines Eusebius Caesar
incaute loquuntur; reactio Antiochena, Mopsuestenus, non
dixit symbolum corporis, symbolum sanguinis

Solutio Cyrillus Alexandrinus, Catechista,

caro in specie panis, sanguis in specie vini: cf R 845, 840-2

At "musterion" non restringitur ad symbola gratiae efficacia
denotanda (Chrys M 61 55), neque facta est indigatio systematica

7 Apud PP. latinos

de Ghellinck, Pour l'histoire du mot 'sacramentum' Lovan Par 1924
p 143 Tertullianus: serment 10, rite d'initiation 5, religion 2,
verite doctrine etc 32, rite on sacrifice sacramentel 19,
rite non sacramentel 4, signaculum 3, symbole figure 32,
dispositio ordo plan 9, prophetie 2, mystere 7, sens etymo 9
Efficacia apud Tert. R 303-4

apud Ambrosium, R 1329, 1333 at de lotione pedum 1331
apud ps-Ambrosium, R 1336, 1339, 1340

Cyprianus: late evolvit symbolismum Euch in De Unitate
provocavit controversiam de fide ministri, max mom

Augustinus (ponit deinde sed in genere non colligit)

a Speculatur de natura signi - promitt definitionem Originis
Signum est res praeter speciem quae ingerit sensibus aliud
aliquid ex se faciens venire in mentem De doct xtna Q 1 4 G 138.
Signa cum ad res divinas pertinent sacramenta appellantur Ser 227
Si enim sacramenta quamdam similitudinem earum rerum quarum
sacramenta sunt non haberent, sacramenta non essent Ep 97 §7
Sacramentum est signum rei sacrae Passim
.. ideo dicuntur sacramenta quia in eis aliud videtur, aliud
intelligitur Xpm. 272 ad 9qam.

b Praeter signum adest virtus sacramenti

Haec virtus sacramenti efficitur a Xto, a SpS: Dominus
(sanctificat) invisibili gratia per SpS, ubi est totus
fructus etiam visibilium sacramentorum. Nam sine ista
sanctificatione invisibilis gratiae, visibilia sacramenta
quid produnt QQ in Hept III 84

Applicat Bapt, Conf. Euch.

c Haec virtus non pertinet a sanctitate ministri R 1635

d Adest virtus accedente verbo

Detrahe verbum et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad
elementum et fit sacramentum R 1834

e Institutio a Xto, scopus socialis R 1419

De Evolutione Notionis Sacramenti

8 Ultima stadia evolutionis

point definitivum ex
Augustino, sed explicat
Sacramentum ex aliis
sanguinem secretum;
notio sancti Henoc notitiam signi propter ad,

Isodorus Hispalensis: enumeravit 4 bapt conf panis vinum;
concepit tamquam signa visibilia sub quibus latet SpS, eg,
"invocato enim Deo, descendit SpS de caelis, et medicatis
aquis, sanctificat eas de semetipsa; et accipiunt vim
purgationis, ut in eis et caro et anima delictis inquinata
mundentur" PL 82 256B

cf. orationes in benedictione fontis Sabb sancto

Berengarius Touronensis (ob 1088) insistebat in notione signi
post multas citationes Augustini, concludit, sacramentum
est signum, symbolum; signum non est res significata; aliud
ergo est corpus Domini, aliud signum corporis; aliud sacra-
mentum sanguinis, aliud sanguis ipse.

Lanfrancus Cantuar (ob 1089) negavit in opere apologetico
signatum non posse identificari cum signo PL 150, 407-442

Durandus Troarnensis (ob 1088) PL 149 1375-1424

Guitmundus Aversanus (ob 1095) PL 149 1427-1494

Hi duo affirmant attendandum esse etiam ad efficaciam signi.

Algerius Leodiensis (Alger de Liege, ob 1131/32) PL 180

a sacramentum est signum significans

mysterium est res occulta et significata

b clare distinxit inter Euch et caetera sacramenta

Panis fit corpus Xti, vinum fit sanguis; mutatur substantia

Sed aqua baptismatis, oleum chrismatis non mutatus; SpS
istis signis continentur non essentialiter sed figurative;
quamvis credentibus suo mysterio exhibeat aquam emundantem
oleum roborantem

c His tribus signis (aqua, oleum, Euch) baptismus rite
perficitur: Deus Pater per ea nos regenerat, concorporat
Filio suo, roborat

col 842ss

d Quarens de validitate sacramentorum apud haereticos, eadem
linea connumerat baptismum et ordinem

e Ostendit non pendere a fide vel probitate ministri
baptismus (col 879 ss) Eucharistia (882 ss) remissio
peccatorum (885, ie 886) ordo (887) (cf col 932, 935)

Unde sacramenta sunt signa efficacia, non pendentia a fide
vel probitate ministri, et quinque talia inveniuntur quamvis
in unum non colliguntur.

Petrus Abaelardus (1079-1142) Epitome Theologiae Christianae

PL 178, 1695 ss -- in tres partes: de fide, de charitate, de sacr.

a Sacramentum est visibile signum invisibilis gratiae, veluti
cum quis baptizatur, ipsa exterior ablutio corporis quam
videmus, signum est interioris ablutionis animae col 1695

b Sic tractat de baptismo (1738) confirmatione (1740) de
sacramento altaris (1740ss) de sacramento unctionis (1744s)

c Conjugium est magnum sacramentum, sed non confert aliquod
donum sicut caetera faciunt, sed mali remedium est (1745ss 1738

d Non tractat de ordine. Tractat de remissione peccatorum ubi
non de sacramentis sed de charitate.

De Evolutione Notionis Sacramenti

9 Ultimorum Stadia continuantur

Hugo de S. Victore (1097-1141) De sacramentis Christianae fidei PL 176 183-618. Tractat de universa theologia, parte Ia usque ad Incarnationem, parte IIa usque ad finem mundi Imperfectam invenit definitionem usitatam: signum rei sacrae Tradidit suam:

of Pouvre
of Pulley Sacramentum
r 34 ff
30. v. a

sacramentum est corporale vel materiale elementum foris sensibiliter propositum, ex similitudine repraesentans, et ex institutione significans, et ex sanctificatione continens aliquam invisibilem et spiritualem gratiam

Manifestat spiritum dialecticae: Omne enim quod haec tria habet sacramentum est, et omne quod his tribus caret, sacramentum proprie dici non potest.

Attamen non rigorose procedit in applicatione definitionis a quamvis dixerit elementum corporale vel materiale tamen admittit signum sive in rebus sive in factis sive in dictis exempla sua sunt: res, aqua oleum panis vinum; facta, signum crucis, expansio vel elematio manuum, inclinatio vel erectio corporis, aliis quicumque motus vel gestus ubi signum rei sacrae exprimimus; dicta, invocatio SS Trin, quotiescumque cum prolatione verborum sacrum aliquid exprimimus (326)

b non requirit institutionem divinam *in omni caseo - in genere* cf Halensis de institutione confirmationis in synodo saec IX

c dividit sacramenta in tres classes (327) *Meldens: (Meuse)*

necessaria ad salutem: bapt Euch

exercitia ad profectum: aspersio aquae, susceptio cineris, etc. praeparatoria: sacri ordines, in iis initiandis quae ad habitum sacri ordinis pertinent, etc.

d ex conspectu libri secundi aliqualis enumeratio sacramentorum conici forsitan possit

- 1) Incarnatio Verbi 2) Unitas ecclesiae quae corpus est Xti
- 3) de ecclesiasticis ordinibus 4) de indumentis sacris
- 5) de dedicatione ecclesiae 6) bapt 7) conf 8) Euch 9) de minobibus sacr ad exercitationem (signumccruicis, aspersio aquae, susceptio cineris, invocatio trinitatis) 10) de simonia
- 11) de coniugio (col 506 tribuit spiritualem effectum)
- 12) de votis 13) de vitiis et virtutibus 14) de confessione et poenitentia et remissione peccatorum 15) de unctione infirmorum (col 577 ab apostolis institutum legitur)
- 16) de morientibus 17) de fine mundi 18) de statu futuri saeculi

e omnia enum. rat sacramenta unacum multis non sacramentis

Robertus Pullus (Pulleyn, Ang., in univ Par. ob 1150 c) PL 186 639s
Demonstrat paenitentiam esse sacramentum (910 cf 1064 1099)
Clare agnoscit ordinationem sacramentum et initerabile (927)

Pouvre
36
summa sententiarum auctor disputatus, edit cum Hug SV, PL 176 117
Sacramentum.. non solum sacrae rei signum sed etiam efficacia
Bapt Conf Euch Paenit Ext-Unc; implicite ordinatio

Petrus Lombardus: def. enum. 7, eodem ordine tractat, NB mat remed

De numero septenario sacramentorum - Nota atque censura.

Trid., Ses. VII, can. 1; DB 844

Tria arctissime inter se coniuncta definiuntur: quod nec plura nec pauciora quam septem; quae vere et proprie sacramenta; a Xto instituta.

"Plura quam septem" ex actibus concilii, edit Goerresiana, vol. V, videtur concilium non exclusisse hanc interpretationem, "non esse plura generice quam septem, at plura specificē;" quod admittit Lennerz, p. 48, §77.

Testimonia autem sunt:

p. 858; ex theologis, 27 Ian 1547, Ioannes Carvalal, O Min Obs.,

"Quoad sacramenta in genere, haereticus est, quia septem sunt sacramenta ecclesiae, licet etiam octo dici possent ex distinctione, quia est signum efficax sacrae rei, ut est suptio eucharistiae, quod etiam asserit Gabriel Biel."

p. 968, 21 Feb 1547, ex Patribus, Nicolaus Audetus, generalis Carmelitarum, aegrotans votum misit

"Constat enim non esse plura, quia quamvis sub uno videantur contineri multa, ut sub sacramento ordinis vel eucharistiae, tamen quia omnia illa ad unum finem ordinata sunt, unum sacramentum constituunt, et sine dubio aggregatione unum sunt. Propterea nullo modo sunt plura, quia ad unum ex septem reducuntur."

De Evolutione Notionis Sacramenti

Adversarii

- 1 Novatores saec XVI: P. §67; Len. §§6-17
3 Modernistae: DB 2054, 2039-51

Novatores aliquorum (Quakers, omnium) sacramentorum originem non a Christo et iure divino sed ab ~~xxxx~~ ecclesia et ignorantia mediaevali duxerunt

Modernistae, ex philosophia sua immanentistica DB 2058, identificant ipsam rei existentiam cum eiusdem clara distincta et explicita affirmatione

Cum utrumque adversariorum genus fulciatur falsa evolutionis notionem, hac de re aliquid dicendum

Protestantes enim nullam prorsus evolutionem admittunt: quod non in evangelii explicite adest, commentatitium est
Modernistae autem nihil nisi evolutionem admittunt

Catholici medium viam sequuntur: aperte fatentur neminem ante saec. XII affirmasse septem esse sacramenta; et tamen septem ista sacramenta sunt omnia a Xto instituta et in perenni ecclesiae usu adhibita

Divisio: de evolutione notionis sacramenti

- 1) Notio evolutionis
- 2) Evolutio in revelatione, dogmate, theologia
- 3) Illustratur historia evolutionis theologiae
- 4) Difficultas circa enumerationem sacramentorum: cur xii saecula?
- 5) Historia solutionis: nomen sacramenti, SScr
- 6) PP graeci
- 7) PP latini
- 8) Ultima stadia seu periodus mediaevalis

- 1 Quoad anglicanos: Report of Doctrinal Commission.
p. 126: "the two great sacraments of the Gospel -- Baptism and the Supper of the Lord... the five rites commonly called sacraments."
p. 127: "It is of the essence of the Christian doctrine of the sacraments that in each Sacrament God himself is active, bestowing grace by means of external signs."

De Numero Septenario -- Modus Argumentandi.

Pesch §74. Arguit simul ex infallibilitate ecclesiae et ex historia.

Quae methodus non est omni exceptione maior.

Duplex enim est motus in inquisitione theologica: primo, intellectus quaerit fidem, scilicet, quænam sint a Deo revelata; secondo, fides quaerit intellectum, scilicet, quemadmodum possint ab homine concipi et explicari quae a Deo sunt revelata. Prior motus est magis positivus et dogmaticus, alter motus est magis speculativus et scholasticus.

At in priori motu duplex adest via. Brevisima et simplicissima via est inquirere ab ecclesia infallibili; longior et difficilior est accedere ad ipsos revelationis fontes, ad SScr. et Trad.

Utraque via pariter ad finem pertingitur: aliter tamen et aliter. Sicut enim in veritatibus naturalibus interdum adest duplex via cognitionis, puta, Deum esse et ratione demonstrari et fide credi, ita etiam interdum in veritatibus supernaturalibus; multa enim ex revelationis etiam ab ecclesia infallibili credenda proponuntur. At sicuti philosophi qua talis non est credere Deum esse sed hoc demonstrare, similiter theologi qua talis non est ex infallibilitate ecclesiae procedere ad factum revelationis alicuius veritatis sed e contra in ipsis revelationib⁹s fontibus hanc veritatem invenire.

Qua de causa, regulariter sic proceditur: ex documentis ecclesiasticis non probatur thesis sed nota; ipsa thesis vero ex fontibus revelationis, ex SScr. et Trad., probatur.

Interdum tamen auctores invenies qui ipsam probationem ex magesterio ecclesiastico hauriant: quod quidem faciunt non quia regula data admittit exceptiones, nam in hoc a munere theologico deficiunt; sed faciunt sive propter complexitatem materiae, sive propter insufficientiam investigationis, sive propter ignoriam vel confusionem.

Unde sic arguere nolumus:

Ecclesia est infallibilis

Atqui ecclesia docet septem esse sacramenta. ergo.

Maior: ex fundamentali

Minor: ex definitione DB 844

ex traditione partiali: DB 424 & 465 665 695; conc prov P §71

De numero septenario sacramentorum N.L. -- probatio

Quod tota traditione constat est veritas revelata; atqui tota traditione constat septem esse sacramenta N.L.; ergo.

Maior: patet ex fontibus ~~revelationis~~ theologicis DB 783

Minor: notate quid sit probandum, nempe, "esse" et non "explicite cognosci" septem sacramenta

notate vim argumenti: in eo est ut restringatur omnis evolutio ad clariorem, distinctiorem, magis explicitam cognitionem alicuius rei ab initio existentis.

Septem semper exsistebant sacramenta N.L. in ecclesia si a quoad singula sacramenta exstant indicia sufficientia (apodictica vel suasiva) ex S.Scr. et PP.

b conamina sive protestantium sive modernistarum demonstrantur vana

c tarditas definitionis et enumerationis sacramentorum sufficienter explicatur

d haec definitio et enumeratio facta est non a priori sed a posteriori, non ab uno altero ve speculantibus sed a multis successive inquirentibus

e haec definitio et enumeratio statim et facillime ab omnibus inter latinos et miro consensu inter graecos tamquam veritas fidei accepta est

Atqui haec quinque. Ergo.

Ad hanc maiorem: nam a et b excludunt evolutionem in ipsa re sacramentaria; c et d ponunt evolutionem in scientia rei praeexistentis; e demonstrat id quod clare et distincte concipitur et explicite proponitur aestimatione omnium semper ad fidem pertinuisse.

Ad minorem: per partes.

a ex singulis tractatibus de sacramentis in specie

b ex singulis tractatibus de sacramentis in specie

c nam definitio et enumeratio supponit spiritum dialecticas late in ecclesia diffusum et materiae fidei applicatum; id quod ante saec XII non habebatur; eg Augustinus elementa habuit sed non in d unum collegit; Isodorus Hispalensis ex etymologis procedens falso posuit genus sacramenti esse secretum et non signum

d Berengarius duplarem impulsu dedit: genus sacramenti esse signum; sacramentum non esse nudum signum -- auctores ex reali praesentia in Euch., ex independentia sacramenti a fide et probitate ministri, pervenient ad signum et efficacia, signum-causam, et pedetentim ad completam enumerationem -- perfecta enumeratione, elucet iterum methodus a posteriori eo quod non aestimabant matrimonium esse causam gratiae

e quoad latinos, P. §§70, 71 cum annotationibus

quoad graecos, ex solemni consensu DB 465, 695; ex reiecta protestantium opinione, P. §§77-79; ex theologis graecis, P. 80

De numero sacramentorum

Annotationes in probationem P. Pesch VI⁴ (1914) 28 ff

§70. Statuta synodalia S. Sonnacii PL 80 443: adeo est dubia
ut eius ne mentio quidem fiat apud DTC, Lennerz.

Sermo S. Ottonis in eius vita creditur a scriptore Herbordo
composita (Lennerz §67) ideoque anni 1159

Testimonium Gregorii ep bambergensis demonstratur inter-
polatio a A. Debill, SJ, L'attestation du nombre septenaire
des sacrements chez Gregoire de Bergamo, Rev. sc. phil. et
theol. 6(1912) 322-27

Anonymous, Sententiae divinitatis, quamvis septem suo modo
enumeret, tamen de solo baptismo tractat

Rolandus: habet septem si id quod vocat "clavium sacer-
dotalium collatio" sumitur pro ordinatione; id quod scdm
Lennerz (§64) valde difficilem est.

§71. Prof fidei Waldensibus praescripta (1208) DB 424 ss

*Prof fidei Michaelis Paleologi C Lugdunensi II (1274) DB 465

Articuli interrogandi Hussitis DB 665 ss

*Conc Florentinum (1439) DB 695 ss

Conc Tridentinum DB 844

Addit conc prov praecepta dioc Rotomagensis (Reading ca 1235,
Mansi 23, 396-97), statuta synodalia Richardi Cicistrensis
ep. (1246 Mansi 23, 703), stat syn eccl Cenomanensis (1247,
Mansi 23, 735), stat syn Valentinae dioc (1255, Mansi 32,
887 ss cf 1051), stat syn Claramontanis eccl (1268, Mansi
23, 1188-89)

§73. Quae de S Ottone, Greg Bergamensis asserunt, sunt falsa, uti
videtur cf sup

Sententiae solitae attribui Hugoni Victorino magis Roberto
Pullo nunc ascribuntur

Ipse Hugo quamvis septem enumerat, etiam multa alia enumerat

§81. Copti: Joyce, p. 7 / *P. a. # 92, 93*

Nestoriani: Joyce, p. 7

Theologi graeci: Job (1270) Damascenus Thessalonicensis (1550)
Joyce, p. 9 10.

Annotationes in probationem foliis contentam, p. 3

ad 3m: asserimus evolutionem non ipsorum sacramentorum sed eorum
investigatio,-definitio,-enumeratio- cognitionis clarae,
distinctae, explicitae

ad 4m: supra in §71

ad 5m: ex consensu graecorum solemni (DB 465 695)

ex doctrina eorum theologorum P. §80

ex reiectione opinionum Protestantum P §§77-79

De Convenientia Sacramentorum N.L.

1. Convenientia non est spernenda: ad aliquam mysterium intelligentiam, eamque fructuissimam, ratio fide illustrata pervenire potest. DB 1796. Utilis et vestrae devotioni et fidelium.

2. Conveniunt ecclesiae tamquam societati humanae.

Omnis enim societas quibusdam signis externis continetur atque regulatur: nativitates et mortes, matrimonia et commercia, proprietatis acquisitiones et cessationes, omnem fere actum potestatis legislativae, executivae, iudicariae per signa externa et iuridica muniri.

Pariter in ecclesia, societate perfecta, convenit ut sint ritus iuridici quibus ingressus, deputatio ad militiam Christi, commercium cum Xto, exercitium potestatis iudicariae, generatio novae prolis tum spiritualiter tum carnaliter, atque profectus ex hac vita muniantur.

Hic tangitur etiam de convenientia numeri septenarii de quo plura vide CG IV 58, IIIa 65 1.

3. Conveniunt ecclesiae tamquam corpori Xti mystico.

Alia enim in tali corpore videntur, alia intelliguntur; exteriora non sunt nisi signa interioris vitae, at signa non tantum umbratilia et inefficacia, sed vera et efficacia.

Cf. Io 15 de vinea et palmitibus: sucus ex vinea est non tantum signum sed etiam causa vitae in palmitibus.

4. Conveniunt homini tripliciter.

Ut animali politico, sociali. Cf sup 2 et 3.

Ut animali rationali: per sensibilia ad intelligibilia manuducimur. Quanto maiorem in nobis excitat fiduciam absolute sacerdotis quam perfecta contritio privata. Quanto maiores devotionem excitat realis praesentia eucharistica quam realis Dei ubique praesentia. Praeterea, fragiles sumus et facilis est nobis actus externos liturgicos quam internos ut meditationem exercere.

Ut superbiae obnoxio. Opportune nos submittimus sensibilius creaturis ad nostram sanctificationem.

5. Convenit oeconomiae salutis.

Deo Patri omnipotenti: cuius facere est imperare (dixit et facta sunt omnia); cuius ergo instrumentum proprium non est res naturaliter effectui proportionata sed merum signum.

Christo domino. Iesus enim passio est causa meritoria et causa instrumentalis excellentiae nostrarae salutis. Convenit ergo ut per actionem suam vicarie exercitam, per signum remunerativum suae passionis, effectus gratiae nobis communicatur.

III q. 4^o
Handwritten notes:
Ipsae gratiae communicandae quae est amicitia divina in Xto: gratia enim est amor Dei qui nos amabiles non inventit sed facit, qui nobis communicatur non nostri causa sed Xti secundum illud amicus amat amicos amici, qui nobis dispensatur non caeca naturae spontaneitate sed ex delegatione Xti ad amicos suos (non vos servos dico sed amicos), qui quamvis a nobis non mereatur tamen nostram cooperationem exigit.

Quae omnia maxime in SS. Eucharistiam verificantur, at per ordinem ad eucharistiam etiam in caeteris.

Materia et forma sacramentorum -- historia problematis.

6. At introducta et universaliter accepta doctrina de unitate signi inquantum res sunt ut materia et verba ut forma, naturaliter processerunt theologi ad hanc ulteriorem propositionem: essentia sacramenti perficitur materia et forma.

Sicut enim essentia rei materialis materia et forma constituitur, ita pariter essentia sacramenti materia et forma perficitur.

Unde STh III 90 2

Netate-differentiam-inter-essentiam-sacramenti-inq-essentia intelligitur-signum-immutabilita-a-DNIG-determinata-et-inq essentia-intelligitur

7. Contra hanc positionem exsurgit Scotus et post eum Scobistae qui tenent in aliquibus sacramentis vel materiam vel formam non intrare essentialiter sed tantum integraliter in significationem sacramenti. quod

Ita Scobus docuit/probabilius significatio regenerationis spiritualis in baptismo fundatur in sola ablutione; verba sane requiruntur;~~sed-non-in-reste~~ pertinent ad ipsam definitionem baptismi; sed ponuntur non in recto "baptismus est ablutio et invocatio Trinitatis" sed in obliquo "bapt est ablutio ab aliquo intendente facere quod facit ecclesia et proferente formulam verborum

Similiter Scotistae post Scotum docent actus paenitentis non essentialiter intrare in significationem paenitentiae: essentialiter significatio est absolutio, et actus paenitentis sunt partes integrantes. Quae sententia hoc commodi habet quod facilior evadit explicatio absolutionis moribundi sensibus destituti

Haec tamen Scotistarum opinio negligi potest.

Difficilius sane esset eos refellere ex SScri et PP. At ipsi Scotistae tenent doctrinam de materia et forma, et contra eos obici potest:

Aut actus paenitentis, invocatio Trinitatis, est fundamentum significationis aut non est

folio 6
puncto 9 Objecto modernorum, cultorum historicis religiosis

Responsum generali

1. Generum seu hominis doctrinae et dispensationis
2. Forum principia excludunt a priori cum veritate doctrinam
cum evolutionem divinam

Veritas est quid innatum - proprietas agitationis humanae -
quid relatum - vero et quid agitanti eum videtur

DB. 2058

Religio emendatrix est phænomenon historicum per
causas ^{ordinaria} explicandum DB 2020 of 27, 31, 35, 3

3. Exclusa veritate doctrinæ

deinde agitatio eius aconcio sequitur modis positivisticis
criticis, idealisticis

exclusa evolutionem divinam

non est mirum criticos nungarn ad nostros
encheinare pervenire posse

4. Negat et mirum eos habeat agitare problemum
maximum - denique ad alios novas pro
hypotheseis exigitandas verti

5. Unde mutuo ipsi se distractum

Pesch # 3 [aspectus pertinens
agitationis religiosi Methodi]

De Numero Sacramentorum
Objectiones

Pesch §94-7

folia 17 p. 8
1. Lotio pedum est sacramentum N.L., nam est signum sensibili a Xto perenniter institutum ad significandam et efficiendam gratiam internam.

Probatur ex SSer et PP.

SS. Ioan 13 1-15

Ritus sensibilis: vv. 4, 5.

Perenniter institutus: v. 14 ita et vos faciatis

Significans et conferens gratiam

v. 8: si non lavero te, non habebis partem mecum

v. 10: pedes lavet et est mundus totus

scil. post factum balneum ad domum reversus non
indiget nisi ut pedes lavet

v. 11: vos mundi estis (in statu gratiae) et tamen sunt
parva peccata abluenda, pericula praecavenda

PP. Ambrosius PL 16 398 (R 1331); 16 707; 44 632; 44 683

In primo loco explicat caeremonias baptismi; post ascensionem de fonte lavabantur pedes in ecclesia Mediolanensi. Collato Expos in Ps 48, n 9, apparet eum videre in hac lotione munimen contra lubricam hominis viam

Bernardus PL 183 273

Resp.

SScr. Ritus sensibilis C; perenniter institutus a Xto, D:
ut exercitium humilitatis (exemplum dedi vobis v 14) C; ut
sacramentum, N; conferens gratiam, ex opere operantis C operato, N

Confirmatur, Augustinus/PL 33 220; DB 783 784

Ambr. 1) non habuit claram notionem sacramenti N. L.
ideoque non demonstratur eum asseruisse sacramentum stricte
dictum; 2) unus pater nil probat; 3) testatur ps-Ambr PL 16 433
(R 1336, B 4 476) lotionem pedum non fieri in ecclesia romana

Bern. In eodem sermone adhibet vocem "sacramentum" circa
ea quae certo non habebantur ut sacramenta stricte dicta

Vide Knabenbauer, In Ioannem, p. 407.

folia 18 p. 1
2. Mediaevales et latini et graeci circa numerum septenarium convenerunt non quia septem semper aderant sacramenta sed quia amabant numerum septenarium mysticum.

Probatur: Lombardus includit matrimonium inter signa efficacia gratiae et tamen negat matrimonium causare gratiam; orientales incluserunt habitum monachalem inter sacramenta septem.

Resp.

Qui primi docuerunt numerum septenarium, explicitam mentionem huius numeri non faciunt (Sent divinitatis, Lombardus); atqui hoc non intelligitur si numerus mysticus erat causa motivans

Quantum ad matrimonium, duplex aderat difficultas: a)
difficultas notionis gratiae quae eo tempore modo maxime confuso concipiebatur b) difficultas circa concupiscentiam tamquam naturae corruptelam et peccati originalis vehiculum

Quantum ad Job (Pesch §92-3)

Ep 55 P. #95/

Sacramentorum materia et forma -- Historia problematis.

1. Sacraenta N.L. sunt in genere signi.

Ita post haeresin Berengarii propter auctoritatem Augustini omnes doctores mediae vales et moderni.

Fundamentum in revelatione praebet symbolismi affirmatio in SScri (Rom 6, 3ff; 1 Cor 10, 17; 11, 29; Eph 5 22-33) in PP. primitiva symbolismi affirmatio R 6 56
evoluta affirmatio scholae alexandrinae quae in PP graecos transivit
aliqualis affirmatio apud Tert Cyp et sub influxu graecorum strenua affirmatio apud Ambr et valde evoluta apud Aug unde Conc Trid 876 commune omnibus sacramentis symbolum esse rei sacrae et invisibilis gratiae formam visibilem
846 sacr NL "continere gratiam quam significant"

2. Attamen signum inq est, unum quid est: ens et unum convertuntur
Sacraenta vero multis et prorsus diversis constituuntur,
uti patet ex liturgia adhibenda in sacramentis administrandis.

En problema: quomodo ista multa in unitatem signi reducenda sint

3. Primus gressus solutionis est distinguere inter essentialia et accidentalia.

Existunt accidentalia: DB 856 895 1963

Existunt essentialia: Mt 28 19 Act 2 38, 8 16, 19 5;
Act 6 6; 8, 15&17; 13 3; Jacobus 5 14; DB 895 2147a
Fundamentum distinctionis est: alia sunt iuris ecclesiastici et alia sunt iuris divini.

Unde definitur essentia sacramenti "id quod immutabiliter circa sacramenta NL a Christo Domino est determinatum, et ideo ab ecclesiastica potestate mutari non potest."

4. At etiam alia linea solutionis exstetit.

PP. enim distinxerunt inter elementum et eius per verba sanctificatio: qua in distinctione norma erat SS Eucharistia, in qua verba consecrationis mutant nudum panem et nudum vinum in corpus Xti sub specie panis et sanguis Xti sub specie vini; quae tamen distinctio applicabatur baptismo, confirmationi, ubi elementum sanctificabatur per verba quae praesentiam et virtutem SpS elemento alliciebant.

Unde post alios Lombardus "Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet res et verba: verba ut invocatio SpS Trinitatis; res ut aqua oleum et huiusmodi" Sent IV d 1, c 4.

5. Uti sat facile elucet, neutro modo ad unitatem signi pervenitur: distinctio inter essentialia et accidentalia non terminatur ad unum sed ad plura; similiter distinctio inter res et verba.

Unde alia et perfectior solutio, adumbrata ab Gulielmo Altissiodorensi (ob 1231, non post 1237 certo), plenius evoluta ab Aristotelis sequacibus Alex Hal, Alb, Bon, Aq., nempe,

Res et verba coalescere in unitatem unius signi in quantum res tamquam materia et verba tamquam forma sunt.

Vide III 60 6 2m; 7 c.

Hanc theoriam ulterius Scotus perfecit, distinguendo inter materiam remotam, ~~mixta~~ aqua oleum, et materiam proximam, ablutio in aqua, unctione cum oleo.

Materia et forma sacramentorum -- Historia problematis.

6. Introducta et universaliter accepta doctrina de unitate signi inq res sunt ut materia et verba ut forma, naturaliter et faciliter processerunt theologi in aliud assertum

Sicut res materialis ~~x~~ essentialiter constituitur materia et forma, ita etiam essentia sacramenti essentialiter constituitur rebus tamquam materia et verbis tamquam forma.

Viden STh III 90 2

Unde maximum commodum: aderant categoriae quibus doctores (DB 695) facillime potuerunt exponere doctrinam sacramentariam fidelibus; aderant normae quibus moralistae et canonistae potuerunt discernere inter sacramentum validum et invalidum ^{et sTh III, 60, 8}

7. At etiam incommoda sequabantur, quorum prima est obiectio et exceptio Scotistarum.

Uti enim Scotus arguit, multa concurrunt ad significationem ~~esse~~ constituenda communicandam, quorum alia sunt essentialia et alia concomitantia necessaria; proinde, quamvis in aliis sacramentis materia et forma sint elementa essentialia, tamen non in baptismo vel in paenitentia; in baptismo enim fundamentum significationis in recto est sola ablutio in aqua, et formula trinitaria accedit in obliquo; in paenitentia fundamentum significationis est absolutio, et actus paenitentis accedunt ut partes integrantes non autem essentialia sacramenti.

Contra obicere ex SScri vel PP esset difficile; sed ipsi Scotistae nobis praebent argumentum. Omnes enim admittunt res ut materiam et verba ut formam; quaerimus ergo quo sensu res est materia sacramenti si non intrat in significationem, quo sensu ~~formam~~ verba sunt forma sacramenti si non intrat in significationem fundandam. Magis in forma::

Aut res et verba intrant in significationem fundandam aut non intrant. Si intrant, aut sunt determinabilia aut determinantia circa significationem, et hoc sensu sunt essentialia et non tantum concomitantia vel integrantia; si vero non intrant, nullo sensu sunt vel materia vel forma. ^{Accedit auditoribus omnium religione juxta Scholasticis et modernis loquendi ecclesiae.}

8. Aliud incommode erat apriorismus.

Analysis sacramenti in materi res et verba tamquam in materiam et formam est inquisitio a posteriori. Sumuntur ex deposito fidei eae actiones quae sacramentariae vocantur; ponuntur in genere signi; explicatur unitas signi analogia hylemorphicæ; extenditur analogia eo usque ut materia et forma dicantur essentia sacramenti. Quod totum factum est non ut determinaretur quid Christus debuerit instituere et ecclesia facere, sed e contra ut instituta Xti et praxis ecclesiae intelligatur.

At Melchior Cano, harum rerum immemor, modo contrario processit. Semper enim difficultatem causabat sacramentum matrimonii in quo nihil requiritur nisi utriusque partis assensus externe expressus. Ubi ibi materia et ubi forma. In diversas partes abiérunt theologi: alii dicebant ipsos contrahentes esse materiam sacramenti; alii nutus et gestus esse materiam, verba formam; alii verba prius loquentis est materiam, posterius loquentis esse formam; alii assensus qua in traditionem iuris esse materiam, et assensus quæ in acceptationem esse formam. Haec omnia invalida et ferme ridicula Melchiori videbantur. Dissentire difficile. At erravit ingrediendo viam aprioristicam: sicut forma hominis facit hominem esse hominem, et forma albedinis facit peritem album, similiter necesse est forma sacramenti clara et distincta; ideoque, benedictio sacerdotalis nuptientibus impertita dicenda est forma matrimonii. Enn apriorismus damnandus.

De loc. Nat.
viii

aut matrimonium
habet id quo faciunt
matrimonium sit

Materia et forma sacramentorum -- Historia problematis.

9. Apriorismus vero Melchioris non erat nisi culmen tendentiae aprioristicae quae inde a saec XIII vigebat.

Theologi enim mediaevalis non solum invenerunt doctrinam de materia et forma sacramentorum sed etiam eam applicaverunt singulis sacramentis; et cum historiae periti haud fuerunt eas res elegerunt vel formas postulaverunt quae universalis traditione non-verificari possint vel verificari non possint vel non posse verificari videantur.

- a) Traditio instrumentorum, certo serius introducta, tamquam materia ordinis ab iis sumebatur
- b) Forma verborum absolutionis, confirmationis, ordinationis saec XIII ab obscura in claram, a deprecativa in indicativam est mutata. Pourrat, Theol Sacramentaire, p 80 ubi citantur Vacant DTC I 244, Schanz, Chardon, Morin, Many
- c) Scdm P. Galtier SJ, materia confirmationis prioribus saeculis erat impositio manuum sine chrismatione
- d) Scdm theologos antiquiores in primitiva ecclesia forma batpismi erat in nomine Iesu.

Unde aliqua incertitudo circa res et verba tamquam essentialia eo sensu quod immutabiliter a DNIC sunt determinata.

Attamen in decreto pro Armenis DB ~~xx~~ 695 ss., omnia proponuntur scdm theologorum mediaevalium opiniones

Maxima exinde exoriebatur consternatio cum historicis investigationibus peractis, graeci inventi sunt ordinare sine ulla instrumentorum traditione, imo ipsi latini eodem modo ordinasse ante medium aevum.

Aut traditio instrumentorum non est essentialis, et tunc erraverunt maxima theologorum pars, et ipsum pro Armenis decretum, aut est essentialis, et tunc ecclesia habet potestatem mutandi essentiam sacramentorum

- Quo in dilemmati in duas praecipue scholas abierunt theologi:
- 1) alii tuentes auctoritatem theologorum et decretum pro Armenis affirmaverunt primo semper existisse instrumentorum traditionem, quae opinio hodie est derelicta, deinde ecclesiam habere potestatem circa materiam vel formam, non vero circa essentiam proprie dictam; his ergo invenienda est alia essentiae notio.
 - 2) alii errorem theologorum et decreti fatentes, docent materiam et formam esse essentiam sacramenti immutabiliter a Xto determinatam; et in specie, traditionem instrumentorum esse ritum accidentalem; P. Galtier et alios errare circa confirmationem sine chrismatione; mutationes formarum ab obscuris in claras, a deprecativis in indicativas esse mere accidentales.

En ergo momentum quaestionis: quaenam sit essentia sacramenti

De divisione signorum.

Signum definitur id quod cognitum dicit in cognitionem alterius.

Strictius definitur id quo aliquid vel significatur vel significando efficitur.

Dividitur signum tripliciter: a) ratione finis; b) ratione fundamenti formaliter spectati; c) ratione fundamenti materialiter spectati.

Dividitur ratione finis in speculativum et practicum.

Speculativum dicitur cuius functio absolvitur in efficienda aliqua cognitione vel communicatione; sive haec sit indicativa (rue Rachel) suasiva (RSVP priere de sonner) praceptiva (defense de fumer) minatoria (amende de \$40.00)

Practicum est cuius est efficere non tantum ut quid cognoscatur sed etiam ut quid sit.

Eg Charta debite signillata non solum explimit notionem pecuniae sed etiam ipsam chartam facit esse pecuniam. Nominatio provincialis, rectoris, bidelli, non solum facit ut cognoscatur quis sit prov rec bid, sed etiam facit ut hic homo sit prov rec bid Cf. nominationem et divulgationem: divulgatio potest vel antecedere vel subsequi; divulgatio dicit quod talis erit prov vel bid vel quod talis factus est prov vel bid; nominatio facit ut is qui rector non erat nunc rector fiat.

Dividitur ratione fundamenti formaliter spectati in signum naturale et conventionale.

Signum formaliter est signum propter aptitudinem ad significandum: quae aptitudo habet fundamentum in ipso signo, nam ~~omne~~ omne relativum habet fundamentum, et aptitudo est quid relativum.

Attamen ista relativitas quae est aptitudo signo proxime inesse potest vel ratione ipsius signi vel ratione dispositionis in recipiente signum: dico, fundamentum in signo quod secus inep~~si~~-tum ad significandum esset, aptum reddi potest accidente dispositione in recipiente. aliquo modo

Signum naturale est quod de se est/aptum ad aliquid significandum: sive ratione nexus causalitatis (leo vestigis significatur) sive ratione similitudinis (aqua~~e-significant-munditiem~~ effigies regis segem significat) sive ratione analogiae (ablutio corporalis significat ablutionem spiritualem).

Signum conventionale est quod fit aptum ad significandum ~~propter~~ ex acquisitas dispositiones in recipiente: puta linguas varias ~~esse~~ esse aptas ad cogitationes exprimendas, modo auditores istam linguam dedicerunt.

Cum etiam signum naturale aliquam dispositionem praeviam (puta intelligentiam) postulat in recipiente, cum signum conventionale aliquo modo de se est aptum ad significandum (unde verba potius quam motus digitorum ad significandum adhibemus), differentia inter signum naturale et conventionale potius gradu est quam essentia.

Dividitur ratione fundamenti materialiter spectati in signa ~~composita et incomposita~~

Signa ~~incomposita~~ sunt simplicia vel elementis eiusdem generis coalescent.

Signa ~~composita~~ elementis ex diversis generibus coalescent.

Ita, eg, postis albus et "arret du tramway," sagitta et "sens unique"; ablutio et verba "ego te baptizo...."

Ibi compositio est ex determinabili et determinante, sicut etiam in verborum complexu: nomen (determinabile) verbum (determinans) ut Iacobus dormit.

homogenea
heterogenea

De Essentia Signi.

1. Signum est in genere instrumenti.

Nam instrumentum est id quo quid efficitur, puta, sedile est id quo ~~sedere~~-~~pessimum~~ sustentamus quando sedemus, calamus est id quo scribimus, etc.

Similiter signum est id quo aliquid significamus sive speculative ad cognitionem communicandam sive practice ut significando aliquid efficiamus.

Iterum instrumentum est ~~id~~ movens motum: movetur a causa principali; et movet patens ad effectum recipiendum.

Similiter signum est movens motum: movetur a significante; et movet ad effectum sive speculativum sive practicum, puta, ~~facit~~ ut rector cognoscatur qua rector, vel ut rector sit rector.

Iterum instrumentum dicitur producere effectum ultra proportionem propriae virtutis, puta, cultellum non esse proportionatum ad statuam efficiendam; sed tantummodo ad incidendum; artifex vero proportionatur statuae efficienda, et efficit statuam adhibendo acuitatem cultelli.

Similiter signum producit effectum ultra propriam proportionem: notae in charta, soni ore prolati, proportionantur alicui impressioni in sensibus efficienda; sed ex se non proportionantur ad cognitionem hanc "hunc hominem esse rectorem" vel ad effectum hunc "hunc hominem fieri rectorem"

Quidquid ergo de instrumento dici potest, etiam valet de signo; ideoque signum est in genere instrumenti, est species quaedam instrumentorum.

2. Praestat in primis facere analysin instrumenti et deinde hanc analysin signo applicare: primo, quia instrumentum est magis universale, ideoque facilius exemplis diversis illustratur; secundo, ~~tertio~~, quia postea de instrumentis loquendum erit cum de causalitate sacramentorum sermo fiet; ~~secundo quia ad intelligendum signum praequiritur intelligentia instrumentorum, quae sunt a natura instrumentalia;~~

3. Instrumentum est id quo aliquid efficitur: unde duplex aspectus in omni instrumento

- primo est subiectum aliquod, est "id"
- secundo habet aliquam habitudinem ad effectum, est "quo aliquid producitur."

Proinde haec habitudo est-duplex-sie habet duplē aspectus sicut et ipse effectus. Nam primo effectus existit et secundo effectus limitatur per aliquam essentiam. Cum ergo instrumentum habet habitudinem ad effectum, et effectus habet tum esse tum essentiam limitantem esse, sequitur quod instrumentum habet habitudinem tum ad esse effectus tum etiam ad essentiam effectus.

Tria ergo in omni instrumento invenimus:

- subiectum, ~~ut instrumentum sit aliquid~~
- habitudinem ad esse effectus, ~~ut instrumentum producat effectum~~
- habitudinem ad essentiam effectus.

Haec tria sunt categoriae generales ad analysin instrumenti: nam omne instrumentum est aliquid ens, et quidem per prius instrumentum existit quam usurpatur; at cum instrumentum usurpatur, tunc producit effectum tamem, et distinguere possumus inter rationem cur producat et rationem cur tale quid producat.

De Essentia Signi (continuatur)

4. Habitudo ad esse effectus inest instrumento in quantum instrumentum movetur. Nam quandocumque effectus instrumento producitur, instrumentum movetur; contra, quandocumque instrumentum non movetur, nullus effectus producitur.

Exceptio videri potest liber conscriptus: liber enim immobilis iacet in ~~ca~~ mensa, et tamen producit effectus in oculos; at falsum est librum immobilem iacere; movet enim radiis lumeniferis, et hos radios ipse liber sua vice movet; unde in camera obscura vel nocte, quando lumen deest et liber non movetur, legere non possumus.

Motus ergo est principium actuale in instrumento, est cur instrumentum producat esse effectus.

Alia ex parte, motus qua motus non producit essentiam effectus; secus quilibet motus quemlibet effectum produceret; puta, si ipse te depingo, si ipse instrumentum musicale *sene* percussio, deficit effectus desideratus, non sane defectu motus nam fortissime percutere possum, et tamen nisi strepitum nihil facio. Produco esse effectus sed non essentiam.

5. Habitudo ad essentiam effectus inest instrumento dupliciter, primo. remote et generice. secundo. proxime et specifice.

Habitu remota ad essentiam effectus est aptitudo permanens instrumenti ad talem effectum.

Haec ~~hab~~^{abitudo} permanens potest esse naturalis vel artificialis: naturalis, ut in ferro propter rigiditatem, in aluminio, propter levitatem, in signo naturali, propter nexum causae vel similitudinis vel analogiae; artificialis, ut in acinace propter formam, pondus, et acuitatem, in disco phonographico, propter indentationes in superficie factas, in machina dactylographica, propter formas partium, et earum connectionem, et totius structuram atque ordinem, in signo conventionali, propter conventionem s.u pactum sive implicitum, ut in lingua anglica, sive explicitum, ut in lingua gallica quae regitur per l'Academie. Dispositiones productas in reipublica

Propter hanc aptitudinem permanentem, hoc potius quam illud instrumentum adhibemus ut hunc et non illum effectum producamus, puta, cur sumamus acinacem ad arborem secandum et cultellum ad cibum dividendum. etc.

Sed etiam est habitudo proxima instrumentū ad essentiam effectus producendam, et haec habitudo invenitur in directione, ordine, successione, dispositione motuum qui instrumento actualiter adhibito imprimuntur.

Exemplo sit usus machinae dactylographicae, quae quidem scribit in quantum digitis movetur, sed hoc et non aliud scribit in quantum tali directione, tali ordine digitis moveatur. Et similiter in omnibus aliis: alia et alia directio, ordo, successio, dispositio motuum instrumenti dat alium et alium effectum.

Habituad essentiam effectus inest instrumento, remote quidem ex aptitudine instrumenti permanenti, proxime vero ex directione, ordine, successione et dispositione motuum instrumento impressorum.

Differentia inter aptitudinem permanentem et specificationem proximam illustratur instrumentis dictis automaticis. EG difficile est bene cantare: quilibet non mutus potest emittere sonum; sed ut bene quis cantet, requiritur praeter motum flatus e pulmonibus, accuratissima chordarum vocalium vibratio et exacta gutturis, linguae, labiorum dispositio. Alia ex parte etiam mutus potest sonare machinam phonographicam et optimos cantus inde depromere; cur? quia omnia, requisita permanenter insunt disco phonographico et nihil nisi mutus faciliter adducatur.

De Essentia Signi

6. Praeter instrumenti habitudines ad esse effectus et ad essentiam effectus, remanet subiectum harum habitudinum.

Quod subiectum remote quidem semper est substantia: modo excipias signum Eucharisticum in quo accidentia adsunt sine subiecto inhaesione substantiali.

Proxime vero subiectum habitudinum potest esse vel substantia vel accidens aliquod, prout fundamentum aptitudinis instrumentalis alteri accidenti inhaefeat vel immediate ipsi substantiae.

7. Peracta est analysis instrumenti: tres nempe categoriae e quibus sermonem exorsi sumus, e vacuis in plenas transiere.

Habitudo ad esse effectus est "motus."

Habitudo ad essentiam effectus est "talis motus qua talis in tali aptitudine." aptitudo: indentatione in tunc phonographicis - motus talis - talibus tenui, velociter circulis rotat, cum vibratur.

Subiectum harum habitudinum est vel substantia vel accidens.

8. Si quaeritur de essentia instrumenti, praenotandum est quo sensu adhibetur vocabulum "essentia" et quo sensu adhibetur vocabulum "instrumentum."

Dupliciter dicitur essentia:

- logice essentia componitur genere et differentia specifica, opponitur vero tum proprio tum accidenti praedicabili
- metaphysice essentia est principium limitationis, et opponitur existentiae, perfectioni purae.

Unde adverte illud accidens quod adesse vel abesse potest salva essentia est accidens logicum quod proprio opponitur; proprium enim non potest adesse vel abesse salva essentia.

Praeterea, accidens metaphysicum vel accidens ontologicum non opponitur essentiae sed substantiae: sicut substantia ontologica etiam accidens ontologicum essentiam habet seu principium limitationis.

Instrumentum etiam dupliciter dicitur:

- denominative instrumentum est illa res cui advenit ratio instrumentalitatis; ita baculus dicitur instrumentum quamvis baculus non est instrumentum nisi inquantum usurpatur tamquam fulcrum; ita aqua et verba sunt instrumentum, quamvis instrumentum non sunt nisi inquantum instrumentaliter adhibentur; ita in alio genere passio voluntatis in electione dicitur libera, quamvis passio in se non est libera, sed tantummodo productio talis passionis.
- essentialiter-instrumentum-seu-stricte-seu-proprie-seu
b) proprie et principaliter dicitur instrumentum ipsa ratio instrumentalitatis quae advenit rei inquantum instrumentaliter usurpatur; puta, rationem fulcri in baculo, significationem et efficientiam gratiae sacramentalis in sacramentis N.L.

Quaestio ergo de essentia instrumenti potest esse de essentia logica vel metaphysica, instrumenti denominative vel proprie dicti. Primo ergo quaeritur de essentia metaphysica instrumenti proprie dicti; de ipsa ratione instrumentalitatis.

Asseritum essentia metaphysica instrumentalitatis esse talis motus qua talis in tali aptitudine, seu virtus artis, seu habitudo instrumenti ad essentiam effectus.

Nam primo non est ipsum subiectum, quod denominative tantum dicitur instrumentum; sane subiectum est conditio necessaria instrumentalitatis, nam sine subiecto non habetur vel motus vel talietas motus vel aptitudo instrumentalis; at subiectum non est plus quam conditio necessaria, nam nullatenus influit in effectum, cum ratio cur sumatur talis res non est ipsum subiectum sed aptitudo subiecto inhaerens, et ipsum influere

*ad usum instrumentum
talem aptitudinem
vel actionem / r.*

De Essentia Signi

in effectum aut est in esse effectus (quod est ex motu) vel in essentiam effectus (quod est ex talietate motus in tali aptitudine).

Deinde essentia metaphysica instrumentalitatis non est motus instrumenti: motus enim non est principium limitationis sed principium limitandum, est actus existentialis et non potentia actum hunc recipiens et limitans; praeterea motus inest omni instrumento qualiscumque effectus producatur, neque influit in essentiam effectus sed tantummodo in existentiam effectus.

At tria tantummodo in instrumento inveniuntur: motus, talietas motus in tali aptitudine, subiectum; excluduntur subiectum et motus; reliquum est ut essentia metaphysica instrumentalitatis sit talietas motus in tali aptitudine.

Quod positive sic evinci potest:

Esse instrumentalitatis est motus; principium limitans hunc esse, quod est moveri, est talietas motus in tali aptitudine; atque essentia metaphysica est principium limitationis; ergo essentia metaphysica instrumentalitatis est talietas motus in tali aptitudine.

9. Haec essentia metaphysica est ratio incompleta in se; hoc est, habet rationem entis et unitatis et boni et caeterorum non ex se sed ex alio. Sicut enim motus non est ens completum sed indifferenter se habet ad diversas categorias, locum, qualitatem, quantitatem, e quibus tamquam e termino sumit rationem entitatis et unitatis etc., similiter talietas motus in tali aptitudine, seu virtus artis non est ens completum, indifferenter se habet ad diversas categorias, et sumit sive e termino, sive e principio suo completo mensuram et rationem specificam.

Illustratur doctrina e III 62 4 2m, 4m, c.

Illustratur exemplis: motus talis qua talis in tali aptitudine non est unum aliquod ens sed sumit e termino vel e principio causaliter rationem entis et unitatis.

10. Essentia metaphysica dicit omnes progressus determinationes seu totam limitationem actus existentialis qui est motus; unde essentia metaphysica includit ea quae logice sunt vel essentialia vel propria vel accidentalia et individuantia.

Essentia logica instrumentalitatis est illud genus et differentia specifica in essentia metaphysica, e quibus habetur essentia logica effectus.

Essentia logica instrumentalitatis mensuratur per reductionem ad causam principalem vel effectum: nam essentia logica est pars quadam essentiae metaphysicae; sed essentia metaphysica habet rationem entis unius e termino vel e causa; ergo multo magis essentia logica.

Eadem manet essentia logica, instrumentalitatis, manente eadem essentia logica sive effectus sive intentionis agentis.

Quantum ad instrumentum denominative dictum, eius essentia est ut adsit essentia instrumenta principaliter dicti. Quod valet tum in ordine metaphysico tum in ordine logico.

De Essentia Signi.

11. Antequam doctrina de instrumento applicetur signis, necesse est verbum movere de entibus dictis iuridicis vel moralibus; praesupponenda enim est theoria entium iuridicorum in tractatu de signis; et quid sit ens iuridicum vel morale ex theoria instrumenti hauritur.

Entia iuridica vel moralia sunt societates, dignitates, potestates, leges, iura, officia, tituli, et huiuscemodi omnia.

Describuntur per duplum oppositionem: primo, non sunt mere entia rationis sed obiectivam quamdam realitatem habent; secundo, dicuntur non esse entia physica, quia primo aspectu physica esse non videantur.

Quaeritur ergo quaenam sit ista obiectiva realitas, et respondetur quod est realitas quaedam instrumentalis.

Horum enim entium omnium finis et effectus est bonum aliquod commune ad quod hominum vita dirigitur. Haec directio principaliter causatur vel a Deo auctore naturae (lex naturalis) vel a Deo auctore gratiae (lex divina positiva) vel a societate humana quae subdividitur in supernaturalem et naturalem, in publicam et privatam, in organizatam et spontaneam, in perfectam et imperfectam.

Multiplex haec directio homini imprimitur naturali inclinatione, divinae gratiae instinctu, et signis verbis factis externis.

In quantum talis directio procedit ab auctoritate constituta, sive totaliter sumiter sive partialiter, dicitur ens iuridicum.

In quantum talis directio mediante hominis libero arbitrio effectum sortitur, dicitur ens morale.

At ipsa directio in se est virtus quaedam instrumentalis; est enim id quo homines diriguntur in bonum commune; et in primis ipsa societas est adunatio hominum dirigendorum in finem; deinde dignitates constituunt organizationem hierarchicam dirigendorum; tertio potestates sunt subiecta e quibus directio proxime procedit vel completetur; leges quarto sunt ipsa directio essentialiter spectata; iura et officia sunt leges prout individuis applicantur; tituli sunt leges prout rebus applicantur; laus et vituperium, praemia et paenae sunt adiumenta directionis existentialiter spectatae.

Denique notandum in multis hanc directionem in bonum commune esse innominatam, praesertim ubi influxus dirigens e spontaneo quodam dirigendorum consensu habetur: puta realem esse directionem in bonum commune quod educatione inculcatur, quod moribus communibus et consuetudinibus stabilitur, quod dicta opinione publica sancitur; haec tamen directio non a constituta quadam auctoritate sed ab hominibus ipsis se dirigentibus in bonum commune procedit.

12. Quibus dictis, constat entia iuridica vel moralia eodem prorsus modo esse realia ac motus quilibet aliis. Dicuntur iuridica non ratione realitatis intrinsecæ sed ratione causæ efficientis ex a quo directio procedit; dicuntur moralia non ratione realitatis intrinsecæ sed ratione modi quo effectus sequitur, scilicet, mediante libero arbitrio; sed earum intrinseca realitas est aliquod ens incompletum, a dirigente procedens et in bonum commune tendens; nec rationabiliter dicitur directio electricitatis vel caloris esse ens incompletum physicum, directio autem hominum esse ens incompletum non-physicum.

De Essentia Signi

12 continuatur.

Attamen obici potest: causa veri nominis non agit nisi quando et quatenus actu est; praeterea causa et effectus sunt simul; sed causae iuridicae et morales agunt quando non sunt et agunt quin sint simul cum effectu; ergo causae iuridicae et morales non sunt causae veri nominis, ideoque iure distinguuntur a causis physicis. Ad minorem..

Iudicis sententia brevissimo temporis intervallo profertur, effectus vero per unum, duo, quinque, decem, viginti annos perdurat. Lex ab auctoritate civili brevi tempore statuitur et promulgatur, sed effectus legis manent donec nova et contraria lex statuitur. Praeterea, in utroque casu hi effectus exseruntur in loca dissita, in personas nondum natas; et perseverant etiam demortuis omnibus qui ad legi statuenda vel sententiae proferenda interfuerent.

Respondetur: efficientia causarum iuridicarum et moralium in aliquibus est similis et in aliquibus dissimilis ab efficientia mere materiali.

Datur similitudo: sit massa M pergens momento MV secundum lineam AB; sit causa X quae intervenit et in instanti mutat momentum in MV' et lineam directionis in CD; quamvis X statim annihiletur, manebit per se momentum MV' et directio CD per omnia saecula saeculorum.

Et hoc non est contra principium "agens agit quatenus est actu" neque contra principium "causa et effectus sunt simul;" nam causa principalis circa motum et momentum et directionem massae M invenitur in legibus generalibus naturae quae continuo influunt sive momentum sit MV vel MV' sive directio sit AB vel CD; requiritur causa particularis tantummodo circa mutationem huius momenti et directionis; et haec mutatio instantanea producitur quando X existit actu et simul est cum M.

At similiter in causis iuridicis et moralibus, causa principalis directionis quae ab auctoritate vel communi consensu procedit et in bonum commune tendit est ipsa auctoritas vel consensus quae continuo perdurant et influunt. Determinationes particulares huius directionis generalis instantanee fiunt; quando fiunt, causae determinationis existunt; et postquam factae sunt, permanent virtute causae principalis quae continuo influit et continuo asserit determinationes particulares semel factas continuo valere donec iterum mutantur.

Sed etiam datur dissimilitudo non quidem quantum ad principium "omne agens agit quatenus est actu" sed quantum ad principium "causa et effectus sunt simul."

Nam non est de ratione causae qua causae ut effectum exderat tantummodo ubi et quando est, sed, uti patere videtur, haec causalitatis limitatio ponitur ratione causae qua limitatae.

At non eadem est limitatio causae materialis et causae quasi immaterialis: sit verum causam et effectum pure materiales esse simul, quod tamen quemadmodum verificetur in influxu solis super orbitum planetarum, viderint Aristotelici; saltem ~~ad~~ concedendum est eamdem prorsus limitationem non esse necessario inveniendam in causa altioris ordinis. E.g. sit mihi potestas efficiendi id quod significo; sit id quod significo aliquis eventus qui post decem annos est futurus; num dicendum sit quod significatio non est causa quia significatio est nunc et effectus post decem annos. Minime gentium. Dicendum est significationem meam habere eventum futurum tamquam sibi praesens. Et simile quid est dicendum de revisientia sacramentorum, et de forma verborum permanente ut signo in Eucharistia.

subiectivitate
materialitatem
et Deas dicit:
de quod via et
spacio tunc dicere
eventus effectus

12 continuatur.

Et hoc manifestatur maxime in causa illimitata quae est Deus: non enim requiritur ut Deus in loco aliquo sit ut ibi effectum producat, nam Deus omnia loca facit, ita ut primo non sit locus, deinde Deus locum facit, et tertio Deus ratione essentiae, scientiae, et potentiae in isto loco adesse dicitur. Similiter de tempore: Deus non per prius est in tempore et deinde in eo tempore effectum producit; sed per prius non est tempus, et deinde Deus tempus facit, et tertio, denominatione quadam prorsus extrinseca Deus durante isto tempore esse dicitur.

Sit ergo verum quod causae materiales agunt tantummodo ubi et quando sunt (quamvis sic haud explicatur quemadmodum sol influit in eis motum planetarum): non tamen sequitur ~~eminentiam~~ omnem prorsus causam eodem modo limitari

Quaenam ergo est limitatio signi practici.

Adest duplex limitatio: prima limitatio est causae principalis, nam signum practicum est instrumentum quoddam, virtute causae superioris agens, ideoque non potest exserere effectum quem ipsa causa superior exserere non potest.

Altera limitatio est ipsi signo pratico intrinseca: nam signum causat id quod significat; ideoque non potest efficere quod non potest significare. Et-hee-sensu-signum-practicum est-simul-eum-sue-effectus-scilicet,-quiequid-significatione continetur,-hee-in-effectu-aderit,-et-quod-significari-non potest,-in-effectu-esse-non-potest

Ibi in limitatione intrinseca adest duplex aspectus: primus est limitatio ipsius significati; secundus est limitatio campi in quo significatio extenditur. Primus aspectus illustratur per hoc quod cui confertur sacramentum baptismi non confertur gratia sacramentalis confirmationis. Alter-aspectus-illustratur per-hee-quod-eai-eenfertur-sacramentum-baptismi,-ei-seli-et non-filiis-vel-eognatis-vel-eireumstantibus Alter aspectus illustratur per id quod dicitur contextus signi: singula nomina et verba significant non absolute sed in complexu quodam; similiter successiva incisa mutuo se limitant; similiter successiva capita eiusdem libri; similiter successivae leges eiusdem potestatis legiferae legislativae

Limitatio ergo signi ut causae est a) limitatio causae principalis b) limitatio significationis et c) limitatio campi in quo significatio extenditur. Hoc est sensu quo causa significativa debet esse simul cum effectu, scilicet, effectus debet esse significatus et intra campum significationis.

Unde dici potest/causa moralis vel iudicia iuridica distinguitur a causa mere materiali in quantum eius limitatio non est in ordine materiali sed in ordine intentionali.

quod

13. Peracta analysi de instrumento et de ente iuridico-moralis, ^{institutus} theorema est intercalendum de causis per se ordinatis. III 61 2

Sit effectus quidam ABC, qui efficitur triplici causa, A', B', C', ita ut A' sit causa rationis A, B' sit causa rationis B', C' sit causa rationis C in effectu, et hae tres causae per se ordinantur, nempe, A' causat actionem B', quod causat actionem C'.

Tunc B' agit virtute A', ita ut in B' sit virtus a ex A'; et C' agit virtute tum B' tum A', ita ut in C' sit virtus b ex B' et a ex A' per B'.

Exemplo sit scriptio: notio communicanda est in intellectu et efficacia communicationis est a voluntate, ita ut intellectus simul cum voluntate sit causa prima A'; at ars scribendi est habitus quidam partim in mente partim in brachio subiectata, quae ars est secunda causa, B'; denique ipsa scriptio fit calamo vel creta vel machina dactylographica, quod instrumentum est tertia causa, C'. Effectus autem est ipsum scriptum ABC significans notionem communicandam. Et hoc scriptum totum procedit immediate (immediatione suppositi) a calamo vel creta: non tamen a calamo vel creta sola sua virtute operante sed etiam virtue artis calligraphiae quae mihi inest et per calatum in effectum transit, et multo magis virtute notionis quae mihi inest quae per artem calligraphicam et per calatum in effectum transit.

14. Signa ergo sunt instrumenta quae ex duplo vel triplici causa per se ordinatis operantur.

In signis enim practicis adest prima causa quae constituit signum in esse signi practici qua practici.

In signis sive practicis sive speculativis adest altera causa quae constituit signum in esse signi qua significativa.

In signis sive practicis sive speculativis adest tertia causa quae instrumentaliter adhibet signum quod virtute primae causae est practicum et virtue secundae causae est significativum.

Exemplo sit pecunia papyracea: prima causa est gubernium civile quod determinat et decernit ut sit pecunia papyracea tanto valore aureo aestimanda; secunda causa est corpus artificum quae determinant de forma figura sigillis huius pecuniae et eam producunt; tertia causa est populus qui adhibet hanc pecuniam in commutationibus efficiendis. Unde in commutatione facienda instrumentum est pecunia pecunia papyracea quae voluntate commutantis transit in proprietatem alterius, quae virtute sigillantium est vera et valida pecunia, quae virtute gubernii est pecunia valida.

Iterum exemplo sit aliquod vocabulum quod de se est signum speculativum tantum: ibi prima causa est communis consensus quo tale vocabulum ad takem significationem determinatur; secunda causa est utens vocabulo ad mentem suam exprimendam. Ibi secunda causa agit virtute causae primae: nisi enim vocabulum haberet sensum determinatum, inutiliter adhiberetur ad exprimendam mentem.

De Essentia Signi Sacramentalis.

16. Iam ad sacramenta N.L. transeundum est ut ea in causas suas reducamus.

Prima causa ordine inverso est sacramentum denominative sumptum: res (aqua oleum panis vinum) et actiones (abluendi ungendi dicendi); hae de se neque significant quidquam neque effidunt; sed virtute causarum superiorum et significant et efficiunt.

Secunda causa est minister: is qui ex officio sacramenta conficit; iterum distinguendum est inter id quod a ministro propria virtute causatur in sacramentis, et id quod a ministro causatur in quantum est instrumentum causarum altior superiorum.

Quatenus ergo minister propria virtute agit, conficere potest sacramentum late dictum, aliquod signum rei sacrae; hoc est potest facere ut res tamquam materia et verba tamquam forma coalescant in quamdam unitatem significandi; et hoc quidem facheret in quantum sua virtus (motus talis in tali aptitudine) verbis et rebus communicetur. Uti patet, minister ita agens, gratiam non causaret; immo nisi supposita institutione vel saltem revelatione ordinis supernaturalis, gratiam non significaret.

Quatenus autem minister agit virtute causarum superiorum, transit haec ad superior virtus per ministrum in sacramentum.

Porro minister fit instrumentum causarum superiorum in quantum intendit facere quod facit Xtus et ecclesia: nam instrumentum est movens motum ad effectum ultra proportionem propriae virtutis; atqui minister est motus ad intendendum (volendum) effectum institutionis, movet autem res et verba, et quidem ea movet ad effectum supernaturalem ultra proportionem propriae virtutis; ergo minister est instrumentum Xti et ecclesia in quantum intendit facere quod Xtus et ecclesia faciunt

Unde necessitas intentionis DB 672 695 854 1179 1318 1489 1966

Tertia causa est ecclesia quae doctrinam et instituta Xti repandit conservat, ministros docet et ordinat, partes vicarii Xti agens. Corpus Xti Mysticum est instrumentum Xti, a Xto motum, movens ad ea quae vult Xtus, et quidem ad ea quae sunt ultra proportionem corporationis humanae.

Quarta causa est SS Xti Humanitas cui tradita est omnis potestas in caelo et in terra: unde Xtus homo est instrumentum Dei, et quidem instrumentum coniunctum, hypostatico unitum; et Xtus homo sacramenta instituit, decernens ut ritibus determinatis insit significatio conventionalis et efficacia gratiarum sacramentalium.

Quinta denique causa est ipse Deus, cuius voluntate universalis salvifica factum est ut Deus incarnetur, ut Deus-homo hominem redimeret, ut fructus redemptionis hominibus applicaret per sacramenta.

De essentia signi sacramentalis.

17. Sacramentis reductis in causas, iterum a causis in sacramenta est procedendum.

Primo, ergo, Deus tradit omnem potestatem in caelis et in terra ad DNIC: tradita hac potestate, simul efficitur ut universitas rerum creatarum potentiam suam obedientialem non soli Deo sed etiam Xto homini obedientem praestet; unde ipse Xtus, tamquam Dei minister, efficit miracula prophetias immo ipsos sacramentorum effectus sine sacramentis (III 64 4)

Secundo Xtus delegat partem huius potestatis corpori suo mystico: sicut Xtus-homo est minister Dei, ita c^arpus mysticum sⁱt vicarium Xti; et potuit Xtus ut-e: facere ut ecclesia sine sacramentis effectus sacramentorum produceret (III 64 4); attamen voluit ut per signa externa ecclesia efficeret gratias significatas, ideoque sacramenta instituit; hoc est, septem ritibus per se vel per ecclesiam determinatis contulit significationem et efficientiam gratiae.

Tertio ecclesia agit virtute Xti, docendo Xti doctrinam, dispendando Dei mysteria, constituendo ministros ad exercitionem potestatis a Xto acceptae.

Quarto minister, intendens facere quod facit ecclesia, agit virtute ecclesiae et Xti et Dei; quae virtus per ministrum transit in res et verba.

Quinto res et verba adhibentur ad usum sacramentalem; qui usus e^st motus talis in tali aptitudine seu virtus instrumentalis in sacramento. NB loquimur de illo ipso motu materiali quo aqua abluitur oleo ungitur verbis dicitur aer verberatur; non loquimur de mysteriis a theologo fictis.

Hic tamen motus dependet ab omnibus causis praecedentibus: dependet sane a ministro, nam hoc oculis fere cernitur; at multo magis dependet ab ecclesia quae facit ministrum ministrum et facit ut sacramenta administrat; et multo magis dependet a Xto qui facit ecclesiam ecclesiam et facit ut ecclesia ministros constituat et eos ad sacramenta administranda impellat; et multo magis dependet a Deo qui facit a^m ipsum Xtum-hominem et etiam efficit ut Xtus omnia faceret quae fecit. Causa causae est causa causati; et causa prior multo magis influit in effectum quam causa posterior, nam causat ipsam causalitatem causae posteriori
Idem prorsus valet de talietate motus in sacramentis conficiendi est proxime a ministro sed magis ab ecclesia et magis a Xto et-a-D et maxime ad ipso Deo.

Ergo et motus et talietas motus in sacramento conficiente est virtute ministri, ecclesiae, Xti, Dei; et idem prorsus dicitur quando dicitur talis motus esse virtus ministri ecclesiae Xti Dei III 62 4 4m.

At praeterea haec virtus instrumentalis est in tali aptitudine, et haec aptitudo est duplex: aptitudo ad significandum, et aptitudo ad efficiendam gratiam.

Utraque aptitudo est quid relativum, et utraque efficitur per actionem qua^e directe non est in ipsas res et ipsa verba sed directe in correlativum huius aptitudinis.

Aptitudo ad significandum est in mentibus hominum quibus communicatur institutio Xti: tale signum talem gratiam significat.

Aptitudo ad efficiendum est in potentia obedientiali passiva nonum operatum suu obediens firmatio divinis modis manifestata.

De Essentia Signi Sacramentalis

18. Quantum ergo ad essentiam sacramenti attinet, dicendum sacramentum esse instrumentum, ideoque essentiam sacramenti sicut essentiam instrumenti esse "motum talem qua talem in tali aptitudine."

Agitur de essentia metaphysica ~~in~~sacramentalitatis, seu eius quo sacramentum habet significationem et efficientiam gratiae.

- Adest talis aptitudo si
- a) adest institutio significationis et efficientiae
 - b) adsunt res et verba quibus haec aptitudo annectitur sive ab ipso Xto sive a Xto per ecclesiam.

- Adest motus talis si
- a) res tamquam materia et verba tamquam forma in unitatem significandi coalescunt
 - b) ista coalescentia fit a vicario et instrumento Xti et ideo in finem significandi et efficiendi quod Xitus voluit.

Unde, supposita institutione, sacramentum tribus perficitur: rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, et persona ministri intendentis facere quod facit ecclesia DB 672 695 1963-66

Vi rerum et verborum adest sacramentum late-dictu denominative dictum.

Vi ministri rerum et verborum adest sacramentum late dictum

Vi Dei Xti ecclesiae ministri rerum verborum adest sacramentum NL seu stricte dictum.

Si habentur res et verba et nil aliud, non habetur sacramentum nisi denominative: habetur id cui accedit ratio sacramentalitatis, seu ratio instrumentalitatis sacramentalis.

Si habentur res tamquam materia et verba tamquam forma, habetur signum et quidem signum sacram; habetur instrumentalitas quaedam, nam res et verba non coalescunt nisi instrumentaliter; at non necessario habetur sacramentum NL; hoc pendet ab intentione ministri, nam ex intentione ministri est quod minister vel sua propria virtute vel virtute causarum superiorum agat.

Si habentur res tamquam materia et verba tamquam forma et intentio ministri faciendi quod facit ecclesia, habet sacramentum quod non solum est signum sed etiam signum gratiae efficax; nam intendens facere quod facit ecclesia, minister fit instrumentum ecclesiae, et ecclesia est instrumentum Xti, et Xitus est instrumentum Deo coniunctum.

Notationes in folia.

1. Constituuntur -- intrinsece coalescunt in suo esse physico
cf. obiectio la -- compositio metaphysica ex signo et significatione

Dico Contra Lennerz, rixtus componitur, constituitur.
Pesch: thesis, "perficitur"
intrinsece coalescunt: nulla datur coalescentia intrinseca, sed
extrinseca tantum, scilicet in ordine ad unam significationem
significandam → ^{num sponte} "esse intentionale"?
esse physicum: "physicum" denotat id quod accurate dici non potest,
praesertim quando ponitur in oppositione ad metaphysicum vel
in oppositione ad "morale" "iuridicum"
esse sacramenti est esse signi et esse instrumenti: hoc esse
denominative est quaedam res vel actio
essentialiter est ratio instrumentalitatis quae rei vel actioni
accedit
ratio instrumentalitatis et metaphysice et physice est motus
talis in tali aptitudine.

2. Essentialiter ex duobus

- a) caeremonalia non esse necessaria
- b) duo alia per se sola requiruntur et sufficiunt ut adsit
significatio specifica sanctificationis humanae

Dico Significatio adest virtute institutionis
Duo essentialia non sufficiunt ut adsit significatio specifica
E.g. significatio specifica baptismi non est ablutio sed est
consepulta in mortem Xti, Rom 6 3ss De la Taille MF³ 557-63
in ordine ad mortem veteris Adami.

De Materia, Forma, Essentia Sacramentorum -- Quid documenta ecclesiae?

DB 1963 "In rite cuiuslibet sacramenti conficiendi et administrandi iure discernunt inter partem caeremonialem et partem essentialem quae materia et forma appellari consuevit."

Scilicet agitur de modo agendi externe, de rite conficiendi et administrandi sacramenti

Dicitur essentialis pars per oppositionem ad partem caeremonialem quae adesse vel abesse potest salva essentia -- agitur ergo de essentia in oppositione ad accidens logicum -- de essentia ritus confectionis et administrationis

Materia et forma sunt appellations consuetudine sancitae

DB 895 "... materia et forma quibus sacramenti essentia perficitur"

Dicitur per transennam. Dicitur essentia perfici et non dicitur essentia constitui. Minime constat istam essentiam non dici late per oppositionem ad partem caeremonialem; immo hoc est probabilissimum.

DB 695 "Haec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit ecclesia: quorum si ali uero desit, non perficitur sacramentum."

Agitur de tribus conditionibus necessariis: adsunt si perficitur sacramentum; si aliquod deest, non perficitur.

DB 672 Idem ac supra. DB 695.

De ritibus accidentalibus: DB 856 & 931 1963

De rebus verbis materia forma particulariter: 696-701 858-60 872
884 896 908 914 919-20 964-65

Quasi materia: DB 699 896 sive quia materia est actio et non substantia, sive uti volunt Scotistae quia materia non est essentialis sed integrans tantum.

Significatio in materia et in forma, praecipue in forma DB 1963

Adde primo quod ecclesia haud damnavit Scotistas in concilio tridentino, quod terminologia materia-forma est analogica

Materia et forma sacramentorum N.L. -- Probatio

NB Supponitur ex singulis tractatibus quemadmodum singula sacramenta perficiuntur.

Sacmenta N.L. sunt signa quae physice perficiuntur rebus tamquam materia et verbis tamquam forma si

a) sunt signa untur

b) in quibus deprehenduntur duo elementa quae dici possunt res et verba

c) quae in unitatem significandi coalescunt quatenus res est elementum determinabile ut materia et verba sunt elementum determinans ut forma

Atqui.... Ergo....

Maior: patet ex declaracione terminorum

Minor: probatur enumeratione et analysis, confirmatur auctoritate theologorum et ipsius ecclesiae docentis.

I. a+b Enumeratione et analysis 1) Sacmentum 2) Significatio ex institutione 3) Res et Verba quoad a) et b)

Baptismus 2) Regeneratio spiritualis 3) Ablutio in aqua, Ego te baptizo...

Confirmatio 2) donum SpS ad robur 3) Impositio manus chrismantis, Signo te signo crucis....

Eucharistia 2) alimonia spiritualis 3) panis vinum, Hoc est corpus....

Paenitentia 2) remissio peccatorum 3) actus paenitentis, Ego te abservo...

Ordo 2) potestas sacra 3) Impositio manuum, oratio

Matrimonium 2) coniunctio in Xto 3) assensus ut traditio, idem ut acceptatio (actus assentiendi est in duo: trado accipio)

Extrema unctione 2) alleliatio animae et corporis 3) unctiones, Per suam piissimam misericordiam et....

*al. considerare singuli
^ = traditio verba
assensus des per in
idem
= acceptatio mater*
c) Res per se sola est ambigua: aqua ad lavandum, ad refrigerium; oleum in conf., ext. unct., ordine; panis ad mensam humanam vel diminam; impositio manus ad conf., ordinem; unus assensus est traditio sine acceptatione; actus paenitentis, causa sine iudicio

Verba per se sola non satis sensus percellunt ad signum practicum, quod semper aliqua solemnitate profertur: eg in actibus iuridicis, etc.

Utrumque simul in unitatem significandi concurrunt: res accipit determinationem a verbis; verba accipiunt soliditatem et solemnitatem a rebus quae praesupponunt. Ideoque res est elementum determinabile ut materia, verba, determinans ut forma.

II. Auctoritate theologorum confirmatur analysis

Ita omnes theologi post Gulielmum Altissiodorensem (ob c 1231) qui primus hanc analysin omnibus sacramentis applicavit; excipiuntur paucissimi (Durandus, Hadrianus quidam) ob matrimonium

Auctoritate ecclesiae docentis, quae quidem directe hanc doctrinam solemniter non proposuit, at indirecte saepissime

BB 672 695 895 1963 CIC-742-§1 generaliter

DB 696-701 858-60 872 884 896 908 914 919-20 964-65 particulariter

DB 856 895 1963 de ritibus accidentalibus

Materia et Forma Sacramentorum.
Scholia.

xx Quo sensu dicuntur materia et forma sacramenti esse essentia vel substantia sacramenti.

Thesis est analysis a posteriori; nihil statuit nisi analogiam quamdam cum compositione hylemorphicā. At exinde naturaliter quaeritur quo usque premi possit haec analogia. Quae quaestio in concreto est triplex: Scotistae enim negant omnia sacramenta essentialiter per fici materia et forma; alia ex parte Melchior Cano adeo stricte sumpsit "formam" sacramenti ut benedictionem sacerdotalem matrimonio essentialē finxit; et similiter multi arguunt quod, cum ecclesia sacramentorum substantiam mutare non potest, ergo non potest mutare vel sacramentorum materiam vel formam.

De his singulis aliquid est dicendum.

1. Scotistae ergo admittunt et docent materiam et formam esse partes necessarias in omnibus sacramentis; sed Scotus negat formulam verborum in baptismo, Scotistae cum Scoto negant actus paenitentis in paenitentia esse partem essentialē sacramentorum horum

Et sic arguunt: praeter materiam et formam multa alia in obliquo/ect/concurrere/ut circumstantias/ad significationem sacramenti constituendam; generatim quidem haec significatio invenitur in materia simul cum forma; sed in baptismo significatio adest in ablutione in recto, in verbis tantummodo in obliquo; in paenitentia adest significatio in absolutione in recto, in actibus paenitentis tantummodo in obliquo.

Quae positio habet applicationem valde utilem: si enim actus paenitentis intrant in ipsam significationem constituendam, difficilior est explicatio praxeos absolvendi aliquem iam sensibus destitutum; sin autem, facilior est explicatio.

allicuius

Dico I. Quantum ad absolutionem/sensibus destituti, explicatio tradetur in tractatu de paenitentia

Dico II. Cum vocabula "materia" "forma" sensu translate et analogico sumuntur in documentis ecclesiasticis, concedendum est Scotistas non reicere doctrinam ecclesiae. Praeterea, constat intentionem synodi tridentinae fuisse nullam catholicorum sententiam damnare vel censurare.

Dico III. Sententia scotistica est valde subtilis imo et obscura, ideoque improbabilis est censenda cum contra sententiam omnium aliorum theologorum et ipsum ecclesiae modum loquendi insurgat.

2. Sententia Melchioris Cano eatenus utilis est quatenus inservit ad fallaciam exponendam et in lucem preferendam.

Argumentum enim Melchioris hoc erat: sine forma res non datur esse determinatum; matrimonium est sine forma, uti constat ex multis variis et contradictoriis theologorum opinionibus ~~DTG~~ Pourrat p. 73.

Quod totum est ignoratio elenchi: theologus enim non determinat quid Christus statuere vel ecclesia facere debeat, sed ex his determinatis ad analyses suas procedat oportet.

Sacramenta N.L. sunt signa quae physice perficiuntur rebus tamquam materia et verbis tamquam forma.

sacramenta N.L.: septem illa de quibus DB 844, thesis praecedens signa: ea quae cognita ducunt in cognitionem alterius perficere signum: facere ut exsistat physice: opponitur metaphysice

metaphysice omne signum componitur significatione et re significante; quod maxime elucet in signis conventionalibus, quae sine pacto quoddam de se sunt indifferenta ad innumeratas significationes; quod non minus verificatur in singulis naturalibus in quibus aliud est quod cognoscitur et aliud est ducere in cognitionem alterius.

physice: quaedam signa habent compositionem in ipsa re significante; e.g. baptismus significat regenerationem spiritualem; sed id quod ita significat, subiectum significationis huius, est ablutio in aqua et prolatio formulae verborum

tamquam: indicat analogiam cum unione hylemorphicā
in hylemorphismo duplex principium coalescit in unitatem essendi; unum animal ex forma et materia;

in signo duplex principium coalescit in unitatem significandi; unum signum ex duplice principio

materia: elementum determinabile

forma: elementum determinans

verba: soni ore prolati vel, aequivalentia ut nutus

res: sive proprie substantia quaedam, aqua oleum panis;
sive late actio transiens, ablutio, unctio, manus impositio,
confessio; sive latissime verba vel nutus quae tamen per se sola sunt indeterminata et ulterius determinabilia.

Ergo asseruntur sacramenta N.L. esse A) signa in quibus inveniuntur B) duo elementa physica, saltem ratione distincta, quae C) in unitatem significandi concurrunt quatenus D) alterum elementum est determinabile ut materia et alterum est determinans ut forma.

Thesis est a posteriori: non statuitur quid Xitus instituisse debuerit, quid ecclesiam facere oporteat; e contra, suppositis institutione Xti et ecclesiæ praxi, theologus facit reflexionem et analysis ut systematice declareret quid sacramento ut signo insit et quemadmodum elementa inter se cohaereant.

Scopus theseos ergo est declarare et explicare categorias quibus sacramenta N.L. describi possunt, e.g. DB 695 ff.

Perperam ergo Melchior Cano, ut habeatur forma clara et distincta in matrimonio, posuit benedictionem sacerdotalem esse formam matrimonii: non enim statuitur principium deductionis, sed fit inductio ex fundamento revelationis.

Quamvis thesis sit a posteriori, attamen hic non stabilitur quid sit signum in singulis sacramentis; talis enim quaestio convenientius in singulis tractatibus de sacramentis in specie agitatur; supponimus ergo in thesi sacramenta N.L. eo modo perfici quo de facto perficiuntur

1. Sacraenta N.L. non sunt inter se paria, sed unumquodque continget et confert gratiam quam significat (DB 846, 849).

2. Ex se ipsa seu virtute propriae significationis (prout institutione dignoscitur) Eucharistia confert gratiam sanctificantem, virtutes, dona.

Eucharistia significat ipsam divinam vitam Xti nobis communicatam (Qui manducat me, ipse vivet propter me); atqui haec vita divina nobis inest per gratiam sanctificantem (per quam esse divinum participamus) per virtutes infusas (quae potentias perficiunt in ordine ad actus suos), per dona SpS (quae reddunt potentias promptas et dociles motui SpS); ergo ex se ipsa Eucharistia confert gr sanct, virt, dona.

3. Caetera sacramenta ex se ipsis seu propria virtute significant et conferunt effectum aliquem specialem qui supponit gratiam virtutes dona et realiter ab iis distinguitur.

Baptismus significat et confert "mortem peccato" (Rom 6 3-11, MF Eluc 46 a 1) seu totalem remissionem omnis reatus culpæ et poenae (DB 792). Qui effectus supponit gratiam sanctificantem (nam sine gratia non fit remissio) et realiter a gratia distinguitur (nam potest fieri ut quis sit in statu gratiae quin totalem illam remissionem habeat)

Paenitentia significat et confert remissionem peccatorum post baptismum commissorum. ~~Mt~~ DB 895. Iterum hic effectus supponit gr sanct et realiter ab ea distinguitur; nam fieri potest ut quis sit in statu gratiae et non habeat peccata commissa vel remissa post baptismum; eg recenter baptizatus.

Unctio extrema significat et confert abstersionem reliquiarum peccati (DB 909) seu curationem vulnerum naturae (I-II 85 3; Suppl 30 1) qui effectus supponit et distinguitur a gratia sanctificante.

Confirmatio significat et confert illam gratiae mensuram quae adulto in Xto competit (III 72 aa 5 6), ordinatio illam gratiae perfectionem quae ordinato competit (Suppl 35 1 3m), matrimonium illam gratiae adaptationem quae coniugato competit (Suppl 42 3 c); et hi effectus manifeste supponunt gratiam sanctificantem, virt., dona, sed addunt specialem aliquam mensuram perfectionem adaptationem sine quibus gratia sanctificans virtutes dona esse possunt.

4. Caetera sacramenta conferunt gratiam sanctificantem, virtutes, dona, (gratiam communiter dictam, gratiam prout habet commune quid in omnibus statibus gratiae) non ex se ipsis seu propria virtute sed per votum Eucharistiae in iis contentum. MF Eluc 46-48.

Non ex se ipsis: nam gratiam communiter dictam non significant, ut supra ostensum est.

Per votum Eucharistiae in iis contentum: III 79 1 ad 1m; 65 3.

Unde Eucharistia dicitur causa gratiae perfectiva, caeterorum sacramentorum ~~per~~ consummativa (DE Ver 27 4 c fin); sed caetera sacramenta dicuntur causae dispositivae gratiae (De Ver 27 4 3m; De Pot 3 4 8m) quatenus ex se ipsis causant id quod realiter distinguitur a gratia sanctificante seu communiter dicta et tamen dependet ex ea (IV d 1 q 1 a 4 sol 5; De Ver q 27 a 5 ad 12m; a 7 c)

5. Caetera sacramenta continent votum Eucharistiae in quantum ad Eucharistiam ordinantur: baptismus ut quis possit E sumere sacramentaliter; confirmatio ut non vereatur sumere; paenitentia ut digne possit sumere; extrema unctio ut fructuosius suscipiat; ordo ut ex officio sumat et dispense; matrimonium nam amicitia cum Xto est prior amicitia in Xto indissolubilis. qui vult amicitiam in Xto, prius vult concubum cum Xto.

Petrus Pictaviensis Sent 1 c 16 ML 211 863; Sent 5 c 6 ML 211 1235

Primo loco Deus approbavit opus operatum Iudeorum quod fuit passio Xti, non tamen approbavit eorum opus operans quod fuit deicidium

Altero loco distinguit inter duplex meritum in baptismo: baptizatio quae est opus operans et meritorium si ex charitate, et ipse baptismus qui est opus operatum

Innocentius III De sacro altaris myst 3 c 6 ML 217 844

In sacramento altaris nihil maius a bono sacerdote nihil minus a malo perficitur; iniquitas sacerdotis non impedit effectum sacramenti, sicut nec infirmitas medici non impedit virtutem medicinae; quamvis opus operans aliquando sit immundum, opus operatum semper est mundum.

p. 10)

Praepositinus (Gillmann, Zur Sakramentenlehre des Wilh von Auxerre
Sacmenta VT non iustificabant sive operantia sive operata quia non erant instituta ad iustificandum... Alii vero distinguunt inter opus operans et opus operatum, et dicunt quod opera operantia iustificabant non autem opera operata

p 17 n 4)

Stephanus Langton (Gillmann Taufe in Namen Iesu oder in Namen Xti
Quaerens utrum baptismus huius baptizantis sit melius illius, respondet unius opus operans posse esse melius sed opera operata sunt aequalia. Et illustrat ex fabricatione cyphi argentei: aliud est operatio ipsius fabri in vas, alia est effectus seu ipsum vas. Iterum illustrat ex eleemosynas datas propter inanem gloriam: opus operans est malum, opus operatum est bonum.

von Auxerre, p 15 n 3)

Guilelmus Altissiodorensis (Strake, Die Sakramentenlehre des Wilh
Sacmenta legalia VT iustificabant ex opere operantis sed non ipsa opera operata; sacramenta NL utrumque modo

Alexander Halensis p 4 q 3 m 3 a 1

Eadem doctrina: sacramenta legalia ut opera operantis sanctificabant sed non ut opera operata

Bonaventura in 4 d 1 p 1 a 1 q 5

Eadem doctrina: opus operans est fides, operatum est ipsum sacramentum

Thomas in 4 d 1 q 1 a 5 qc 1 sol

Eadem doctrina: ipsum sacramentum est opus operatum, usus sacramenti est opus operans -- haec terminologia non adhibetur in correspondente articulo Summa III 62 6

Scotus In 4 d 1 q 5

Sacmentum proprio dictum confert gratiam ex opere operato ita quod non requiritur bonus motus interior qui mereatur gratiam sed sufficit quod suscipiens non ponat obicem

Thomas ab Argentina In 4 d 45 a 3

Duplex est opus: opus operans quod est ipsa operatio profluens ab agente; opus operatum quod est fructus seu utilitas ex operatione resultans.. In societate mercatorum socii quiescentes habent partem in opere operato, scilicet in lucro acquisito per socios suos qui laborando discurrunt per mundum; attamen non habent partem in opere operante quia non discurrunt sed potius domi quiescunt.

De efficacia sacramentorum in NT.

Maxime appetat in baptismo

Baptismus Xtianus distinguitur a baptismo Ioannis Act 19 3 ff
cf Mt 3 11 Io 1 24 ff

Sola paenitentia non sufficit ad remissionem peccatorum
Act 2 38; 1 22 16

Immersio baptismalis est sepulcrum ubi vetus homo moritur
et novus renascitur Rom 6 3-11

Est lavatio omnium peccatorum quantumvis enormium 1 Cor 6 9-11

Est medium quo utitur Xpus ut ecclesia sua appetat coram
eo sine ruga vel macula Eph 5 26

Peccatis remissis Xtianus ambulat in novitate vitae Rom 6 4
est nova creatura Gal 6 15 filius adoptivus Patris Rom 8 15-17

Acquiritur nova generatio et quidem non ex operibus
iustitiae quae fecimus nos Tit 3 5

Sed ex aqua et SpSo Io 3 5 habetur generatio quae non est
carnalis, quae est conditio necessaria entrandi in regnum Dei

Quia requiritur dispositio Act 2 38; 8 36s non est magicum
quid; et quia sola dispositio non sufficit Act 2 38, non est
ex opere operantis ut volunt Protestantes

Qui valor intrinsecus eo magis appetat quod damnatur
inefficacia rituum legalium VT Hebr 9 9.10 Gal 3 19ff 4 9ff 5 lff
etiamsi immediata oppositio a S Paulo proposita est inter opera
legis et fundamentum NL in sacrificio Xti Hebr 9 11 et dispositiones
et effectus novae vitae Gal 3 11.14; 5 6

Attamen alii sunt ritus eiusdem generis

Per manus impositionem datur SpSs Act 8 17.19; 8

Quae donatio fit statim post baptismum Act 19 5.6 nisi
quando solus diaconus aderat Act 8 15

Quae donatio habet effectum in ipsam animam, uti illustratur
in promissione SpS a Xto facta Io 14 16.26; 15 26; 16 12 Act 1 8
in effectu in apostolis producto die Pentecostes Act 2; uti
etiam innuitur ubi Paulus de actione SpS in animam loquitur
Rom 5 5; 8 9-28

Sed etiam effectum externum charismatum produxit Act 2 4; 19 6

Charisma speciale gubernationis et praedicationis, uti
habebat Timotheus, per aliam manus impositionem non recenter
baptizatis sed antiquioribus, presbyteris, conferebatur
1 Tim 4 14; xx 2 Tim 1 6, qui ex effectu in animam demonstratur
esse gratia interna ibid 7

Aliud charisma curationum et etiam peccatorum remissionis
a presbyteris exercebatur Iac 5 14-15

Sed ritus qui primum locum cum baptismo tenebat erat Euch

Quo participes fiebant xtiani in sacrificio Xti 1 Cor 10 14-21

Quo percipiebatur caro Xti ut cibus et sanguis Xti ut potus
Io 6 56 animam nutriendis ibid 57 et cum Xto uniens 58 et pignus
dans vitae aeternae 54 55

Sacmenta N.L. gratiam quam significant ex opere operato
conferunt non ponentibus obicem.

In SScr adseritur signa quaedam externa conferre gratiam

Io 3 5; Eph 5 26; Tit 3 5; 1 Petr 3 21

Act 8 17; 19 6

Io 6 51.53-58

Io 20 23

Iac 5 14s

2 Tim 1 6

Dispositio subiecti supponitur

Act 2 38; 8 36s

Collatio gratiae non tribuitur actibus subiecti sed vel
ipsi sacramento, vel Xto per sacramentum

Io 3 5 generatio ex alto per aquam et spiritum sanctum

Eph 5 26 lavacro aquae in verbo vitae

Tit 3 5 salus per lavacrum regenerationis et renovationis SpS

Act 8 17, 19 6 per manus impositionem donum SpS

Io 6 Xti caro est cibus, quem qui manducat manet in Xto et habet vitam

Io 20 remissio peccatorum

Iac 5 salus et remissio peccatorum

2 Tim per manus impositionem gratia Dei

Qua collatione gratiae differunt Sacmenta NL ab aliis

A baptismo Ioannis: Act 19 3 ff (cf. Mt 3 11; Io 1 24 ff)

A ritibus et operibus legis: Hebr 9 9.10 Gal 3 19ff 4 9ff 5 1ff ^{7-8.9.10}.

NB directe opponit Paulus sacrificium Xti ad sacrificia VT,
fidem quae per charitatem operatur (Gal 5 6) ad circumcisionem
aliaque opera legis (Gal 3 11.14)

Protestantes ex hoc arguunt ad exclusionem sacramentorum NL,
nisi inquantum sunt protestationes fidei, ita ut non sacramentum
ex opere operato gratiam conferat sed fides sacramento manifestata
gratiam impetraret.

Die 24 mense februario 303 anno decrevit Diocletianus non solum ne diutius christiani congregarentur, ut ecclesiae destruerentur, ut fidem abjurarent, sed etiam ut libros sacros traderent. Ultima haec praescriptio maxima severitate exsequebatur; at dum multi vitae periculo recusarent, alii libros haereticos vel ipsos libros sacros tradiderunt. Hi traditores nominabantur.

Caecilius episcopus Carthagiensis a Felice ep Aphonge(nse) consecratus est, cumque contra Felicem int̄valebat accusatio eum libros sacros tradidisse, etiam contra Caecilium, duce matrona potentissima Lucilla, inimici arguebant eum invalide consecratum. Unde eius loco, approbantibus episcopis Numidiae in conciliabulo, consecratur episcopus Maiorinus, cui successit Donatus Magnus

Donatismus, causis magis socialibus quam religiosis, late in Africa spargebatur et quamvis concilio Arelatensi anno 314 canone 13 damnatus sit, usque in tempus Augustini et postea perseveravit.

Donatistae notionem puritanicam à circa ecclesiam defendebant: peccatores non pertinere ad ecclesiam; ministros iniquos non pertinere ad hierarchiam, non posse vel baptizare vel ordinare; neminem enim dare quod non habeat, iniquum vero non habere gratiam Dei. Unde sola ecclesia est Donatistarum.

Contra scrips̄erunt

Optatus Milevitanus, De schismate Donatistarum

S. Augustinus, De baptismo, anno 400, R 1621-39 e lib 7//e lib 3

Contra litteras Petilliani Donatistae 405 R 1645-47//
Breviculus collationis cum Donatistis 411 R 1714

Sacramenta NL gratiam ex opere operato conferunt non ponentibus obicem
e PP.

PP saec I et II SScr inherentes de bapt et euch maxime loquuntur
Didache R 4 6-9
Ign Ant R 64
Epis Barnabae R 34
Iustinus R 126 128
Irenaeus R 220 234 249
Hermae Pastor R 92

Tertullianus pleniorum doctrinam exhibet
R 362 302-10 315-17 383-87

Doctrina PP evolvitur controversiis quae thesin supponunt
De baptismō parvolorum R series 474 Kirch 197
De remissione pecc immanium: DB 43 R 383-87 DB 167
De rebaptismo: Cyprianus R 591-97 DB 46 47 53 55 56 94 169 249
De ministris iniquis: Aug R 1621-39, 1645-47, 1714

PP docent
SpS ritui inesse R series 447
Fructus proportionari dispositiona R 809
Cum obice et remoto obice R series 444
Dispositiones requiri R series 454
Cf series apud R: 437 439 447 475 482 508 509 521-22 552 567

Medio aevō

E luctu inter ecclesiasticos, e simonia, e frequentissimo concubinatu
reoritur quaestio de valore sacr a ministris iniquis vel inssub iniq
DB 354 358 359 364

Lombardus ponit quattuor opiniones, dubius Sent IV d 25 c 1
Quaestio post solvitur, eg STh Suppl q 38 a 2 ^{contratus ad dote} _(ut dicitur simonia)

Antiquiores TT mediaevales aliqui et canonistae multi tenebant
matrimonium non conferre gratiam sed esse remedium tt
Petrus Abaelardus ML 178 1745
Conc prov Dunelmense Mansi 22 1110
Guilelmus Altissiodorensis, apud Strake Sakramentenlehre W Aux p 205
Lombardus IV d 2, 26; quamvis matr sacr et sacr confert gratiam
Maiores saec XIII Halen Bona Alb M Thomas opiniones contrarias
afferunt sed matr dare grat probabilius affirmant Suppl q 42 a 3

Matrimonium - ^{II antiquiores}
ante copulum in generationem publico
post copulum in honestam secundum conjugationem
Canonistar
ne contractus circa datum te erit simonia.

Obiectiones contra opus operatum Lennerz §§387ff pp 226ff.

In S^r iustificatio seu gratiae collatio attribuitur fidei; ergo attribuitur operi operantis et non operi operato.

Probatur antecedens: Act 15 9; Rom 3: 22 26 28 30; 4: 5 llss 16; 9 30; 1 Cor 15 1s; Gal 2 16; 3: 8 11 24; Phil 3 9; Hebr 10 38.

a) Vide Franzelin, De sacr in gen, thes 8; Prat, La theologie de saint Paul, Paris 1923, II 295ss; Merk, Verbum Domini 3 (1923) 262 ss.

b) Non agitur de fide fiduciali protestantium, quae a SScr ignoratur. Cf tract de fide, de iustificatione.

c) Per fidem et. alios bonos actus disponimur ad iustificationem DB 798

d) Fides speciatim attenditur quia est initium radix et fundamentum iustificationis DB 801

e) Nullus actus iustificationem praecedens iustificationem meretur DB 801; secus gratia non iam est gratia Rom 11 6.

f) Iustificatus per actus fidei sicut per alios bonos actus potest mereri augmentum gratiae DB 842.

g) Per fidem et alios bonos actus adultus debet se disponere ad susceptionem sacramentorum, uti postea probabitur.

Talis fides in iniusto de congruo, in iusto de condigno, meretur aliquam gratiae collationem; etiam disponit ad gratiam sacramentalem; sed neutrum horum excludit collationem gratiae sacramentalis per ipsum sacramentum ex opere operato et praeter opus operantis.

h) Unde ad obiectionem:

attribuitur fidei ut dispositioni ad gratiam sacramentalem, ut causae meritoriae alterius cuiusdam gratiae, Conc.

attribuitur fidei tamquam ei quo vel propter quod confertur ipsa gratia sacramentalis, Nego.

II. Atqui fides est id quo, propter quod, uti patet ex particulis "per fidem" "ex fide"

R. "Per" "ex" dicunt dispositionem, removens prohibens, Conc.

Dicunt subiectum ita dispositum exigere gratiae infusionem, Nego DB 801
unde opinio Schonae: ultima dispositio ea juxtam receptus affectum a forma lata n. 8

III. Atqui soli fidei attribuitur iustificatio; ergo non operi operato.

Probatur: Rom 3 28; Eph 2: 8 9; Io 3 15; 1 Io 5 1; Act 10 43; 13 39

R. Excluduntur opera legis et opera operantis tamquam iustificationem meritor- merentia, Conc.

Excluduntur ipsa sacramenta, Nego, nam totum evangelium sumendum

IV. Mc 16 16: qui currit et vincit, bravium accipit; qui non currit, non accipit -- absurdum concludere qui currit et non vincit, accipit.

Eph 5 26: verbum vitae est praedicatio cui respondet fides -- quidquid sit non sequitur mundationem fieri sola fide

1 Petr 3 21: salus attribuitur resurrectioni aliquo modo, Conc; attribuitur fidei in resurrectionem, nego.

V. Augustinus, R 1834.

"Quia creditur" scil non agitur de sono qua sono sed scdm significacionem quae in praedicatione xtiana explicatur.

Augustinus docuit valorem sacramentorum non pendere ex fide vel probitate ministri; hoc loco loquitur de baptismo infantium, qui actum fidei non eliciunt.

de congruo
vel de con-
digno / ^

Scholia ad thesin iii

- a Utrum sacramenta N.L. sint causae stricte dictae
- b Qua ratione sint causae proprie dictae
- c Qualis gratia ab iis causetur -- de gratia sacramentali
- d Utrum haec gratia causetur mediante re et sacramento.

Tali ordine quia quaestiones posteriores solvuntur scdm
solutionem prioribus datam

Puta, qui tenent sacramenta causare ius ad gratiam, generatim
non explicite dicunt gratiam sacramentalem esse aliud ius ad gratias
actuales

Utrum sacramenta N.L. sint causae proprie dictae, causae veri nominis

Quid sit causa veri nominis postea inquiremus: nunc notare sufficit theologos quoad principia concordare, quoad applicationes dissentire.

Opiniones: fere omnes theologos post-tridentini docent sacramenta N.L. esse causas veri nominis; attamen ex iis multi tenent theorias de causalitate sacramentorum quae nullam causalitatem in sacramentis ponant

ante tempus tridentinae synddi, exsistebant theoriae quae aperte negabant causalitatem sacramentis

Nota: opinio probabilior

quamvis enim tridentinum loquitur de sacramentis tamquam de causis, non tamen locutum est de causalitate veri nominis neque intendebat sententias catholicorum quorumlibet damnare.

Probatio:

Sacmenta N.L. sunt causae stricte dictae, causae veri nominis, si ea docet ecclesia quae recte intellegi non possint nisi de veris causis.

Atqui ecclesia ea de sacramentis docet quae recte intelligi non possint nisi de veris causis

Ergo sacramenta N.L. sunt causae veri nominis, stricte dictae.

Maior: siquidem theologus debet non solum verba ecclesiae repeteret sed etiam ea recte intellegere.

Minor: ecclesia docet sacramenta N.L.

DB 845 differre a sacr V.L. non solum scdm caeremonias externas

849 continere gratiam quam significant
eam conferre non ponentibus obicem

859 semper et omnibus

851 ex opere operato

855 independenter a probitate ministri

860 independenter a recta fide ministri

799 baptismum esse causam instrumentalem iustificationis

alia apud Pesch §140

Atqui talia non recte intellegi possunt nisi de veris causis

Ergo

Ad hanc minorem: sane positivista diceret: sufficit nexus infallibilis, sequentia regularis -- sed positivistae non recte intellegunt, immo valorem intellectus intelligentis negant

De Causis

Causa est quidquid quocumque modo constitutioni rei exsistentis positive intervenit.

Opponitur tum conditioni (quae respicit possibilitatem interventionis) tum occasione (quae respicit facilitatem interventionis).

Causa positive intervenit constitutioni rei exsistentis vel intrinsece vel extrinsece

Causae intrinsecæ sunt entia-quibus res est: exsistentia, essentia, forma, materia, substantia, accidentia.

Causae extrinsecæ sunt agens et finis, seu efficiens et finalis.

Causa finalis est id propter quod res fit vel est.

Causa efficiens est id a quo (cuius influxu) res fit vel est.

Ad causalitatem efficientem praesupponuntur potentia activa et potentia passiva.

Potentia activa est ratio obiectiva secundum quam res potest agere: duo includit proportionem ad effectum: omne agens agit sibi simile similitudo in natura: agens per intellectum actualitatem proportionis: omne agens agit quatenus est actu similitudo in mente: actus est sed via Ex utroque simul habetur, Nemo dat quod non habet. statuum mente concipit

Potentia passiva est ratio obiectiva secundum quam res potest pati, effectum recipere.

Ad causalitatem efficientem praerequiritur potentia activa absolute (in omnibus casibus, sine exceptione) sed praerequiritur potentia passiva relative tum quatenus ipsa potentia passiva priorem activitatem supponit tum etiam quatenus quo perfectior est est potentia activa eo minor requiritur potentia passiva.

Unde ad actionem agentis infiniti de se non requiritur potentia passiva: unde Deus creare potest seu efficere aliquid de nihilo sui et subiecti; unde etiam omnes res creatae dicuntur habere potentiam obedientialem ad quodlibet, quatenus ex perfectione agentis infiniti quodlibet in iis efficere effici potest.

Potentia obedientialis est potentia passiva cuiuslibet creature ad recipiendum quocumque Deus in ea efficere velit.

Potentia obedientialis dicitur "obedientialis" quia Deus agit imperando (dixit et facta sunt omnia); at imperio correspondet obedientia. Imperium divinum proprie etsi analogice dicitur: proprie quia procedit ex intellectu et voluntate; analogice quia non eo modo quo in homine. Obedientia vero correspondens metaphorice dicitur.

Hactenus de praesuppositis causalitatis efficientis. Iam de ipso constitutivo obiectivo veritatis "causa efficiens causat, efficit, producit influit." De "posse agere" dictum est; de "actu agere" dicendum est.

Ad "posse agere" nihil additur per se additur "actu agere" praeter relationem dependentiae realis "a quo" "ab hoc" quae subiectatur in recipiente et se habet vel refertur ad causam.

Unde influxus causæ efficientis est ipse effectus qua a causa; non datur per se nova realitas in causa, secus haberetur series infinita; neque datur effluxus accidentis vel substantiae extra causam et intra effectum; ergo sola datur dicta relatio realis dependentiae in effectu.

De Causis (2)

Plures simul causae efficienes in unum eundemque effectum producendum concurrere possunt: quae ordinatio duorum in unum potest esse per se vel per accidens.

Per accidens ordinantur plures causae in unum effectum quando aequae immediate omnes in effectum concurrunt; puta plures homines simul unam navim propellere, et similiter in omnibus casibus additionis vectoralis.

Quae ordinatio dicitur per accidens quia unitas effectus non habetur ex ipso modo concurrentiae sed ex alia causa innominata quae causas immediatas coordinat, puta gubernatorem qui momentum quo rami moveri debent clamore aliove sono indicat.

Per se ordinantur plures causae in unum effectum quando prior causa causat causalitatem alterius, altera causat causationem tertiae, et ita porro; puta voluntatem movere manum, manum movere baculum, etc.

Quae ordinatio dicitur per se quia effectus unus procedit immediate ex una causa, mediate ex aliis, ita ut ipse modus concurrentiae necessitat unitatem effectus.

In causis per se ordinatis, causa principalis est quae instrumentum adhibet et usurpat, causa vero instrumentalis est mota movens ad effectum ultra proportionem propriae virtutis.

In statua efficienda artifex est causa ~~instrumentum~~ principalis quia adhibet et usurpat cultellum, cultellus est causa ~~principalis~~ qui movetur ab artifice et amovet materiam ad effectum producendum (statuam) qui est ultra proportionem cultelli.

Diversificantur instrumenta pro diversitate potentiae passivae in quam operantur.

Nam potentia passiva recipientis potest esse potentia quaedam materialis, vel potentia ~~intellectualis~~, vel potentia voluntaria, vel potentia obedientialis.

In efficienda statua potentia passiva est marmor quod accipit et retinet incisiones cultelli; sine tali retentione non fit statua, uti patet si statuum ex aqua fingere conaberis.

In communicatione per signa speculativa potentia passiva est potentia et habitus sensitivi et intellectuales: sine talibus potentias inutiliter fiunt signa speculativa.

In directione ad bonum commune per signa iuridica et moralia, potentia passiva est voluntas libera: nisi supposita voluntate libera, signa moraliter practica sunt inutilia.

In signis divinitus practicis, potentia passiva est potentia obedientialis: imperium enim Dei, signis externis mediatum et manifestatum, ideo est efficax quia omnes res creatae ad nutum Deo obtemperant.

Dicimus sacramenta esse causas instrumentales quatenus sunt signa divinitus practica.

Talia signa divinitus practica supponunt imperium Dei generale quod est institutio sacramentorum

Talia signa divinitus practica sunt contractio et particularizatio imperii generalis, ita ut una cum generali imperio constituant unum imperium gratiae efficax.

III 13 2

Xtus homo tamquam instrumentum Verbi ei uniti per virtutem instrumentalem potest facere omnes immutationes miraculosas ordinabiles ad Incarnationis finem qui est instaurare omnia

ibid ad 3m

potest talem potestatem ministerialem aliis transfundere

III 64 4

potest dare ministris.. ut sacramenta instituere possent,
et sine ritu sacramentorum effectum sacramentorum conferre solo
imperio

III 48 6 3m

passio Xti ut instrumentum divinitatis operatur nostram
salutem per modum efficientiae: distinguitur meritum (passio ex
voluntate) satisfactio redemptio sacrificium (passio in carne
relate ad liberationem a poena (satisfactio) culpa (redemptionis)
et ad reconciliationem cum Deo (sacrificium))

III 62 aa 4&5

sacramenta habent virtutem ex passione; operantur ut causae
efficientes ideoque tempore posteriores ipsi passioni

III 62 1

ideoque reicitur sententia dicentium sacramenta non operari
sed Deum adhibitis sacramentis

Ex multis locis

causalitas efficiens primo et principaliter esse est imperium:
ita enim agunt spiritus Deus, angeli, homines in proprium corpus

De Pot 6 4

- a) Greg. concludit sanctos quandoque orando quandoque ex potestate
facere miracula
- b) Deus solo imperio miracula operatur
- c) divinum imperium mediate praesentari, int̄imari potest
- d) haec mediatio non est virtus permanens sed "ad modum fermarum
imperfectarum quae intentiones vocantur, sicut lumen in aere et
motus in instrumento
- e) non mirum si sic homines miracula faciunt, cum ipsae res
corporales instrumentaliter utuntur ad iustificationem, uti in sacra-
mentis patet

De pot 6 9

praesentantes divinum imperium
aptum ad miracula facienda ex eo quod facit aptum ad imperandum

III 78 4 2m

comparatur Eucharistia cum actione miraculosa

II-II 178 1 1m

videtur minus insistere in operatione instrumenti

De Causalitate Sacramentorum

de la Taille, MF³ p 582 f, elucidatio 48

"Genus attem causalitatis si inquiras, utrique signo, et sensibili et spirituali (i.e. rei et sacramento), competere respective causalitatem efficientem instrumentalem, eamque proprii nominis.

"Quare in quantum opponitur causalitati illi morali, scdm quam fingeretur ob bonitatem et valorem sacramenti exhibiti Deus retribuere gratiam, non inepte nuncupatur physica.

"Pro quanto autem inhaeret signo, accepto non materialiter scdm esse rei, sed formaliter scdm esse signi, proindeque habet esse per modum significationis, vel intimationis, a Deo per ministerium suum procedentis, recte etiam nominatur intentionalis, intelligibilis, spiritualis. Est enim id genus causalitatis, quod competit intimationi intellectus practici, id est imperio. Ubi recolendum est, omne sacramentum esse quoddam visibile verbum ministerio hominum prolatum a Deo. Dixit et facta sunt. Dicendo enim facit, quia dictio illa est intimationis intellectus practici, quo res non ideo considerantur, quia sunt, sed quia ordinantur, ideo sunt: ordinantur enim ut sint. Ordinatio enim illa intellectus divini ministerialiter per hominem imitam intimatur et defertur, sacramentum exercentem.

NB Locutiones omnes prorsus ac in theoria S. Thomae

Par causalitas attribuitur tum sacramento externo tum etiam signo spirituali interno: quae causalitas non est moralis. At in theoria P. Billot, altera causalitas est moralis

Non excludit sententiam P. Billot explicite; immo eum citat ad illustrandum sensum vocis "intentionalis" "spiritualis" Alia tamen ex parte evitat omnes expressiones peculiares sententiae P. Billot.

De Causalitate Sacramentorum

Caietanus

In III-III 178 l interpretatus est Aquinatem tamquam docentem causalitatem moralem, oaccassionalem ad actionem Dei
Haec interpretatio retractatur in III 13 2 comm VI fin ["quamvis ego tunc minis perspicaciter textum illum exposuerim (comm II); non enim illuxerat mihi quod modo tradidimus"]

In-III-saepe-negat-entitatem-superadditam-sensu-Thomistarum

Accipit distinctionem DThomae de iis quae fiunt ex intercessione et de eis quae fiunt ex potestate

In III 13 2 comm IV citat De Pot 6 4
comm VI refert Gregorianum "quandoque ex potestate"

Tradit doctrinam de instrumentalis virtute

In III 13 2 comm V

Loquitur de quadam potentia obedientiali in ipso instrumento

In III 13 2 comm VI

Etiam loquitur de "delatione imperii"

Instrumentum non potest usurpari ad creationem quia imperium ad nihil deferrri nequit

In III 13 2 comm VIII

Unde Suarezius non identificavit theoriam suam cum theoria Caietani
In III 13 1-4 disp 31 sect 5: Tertio modo explicari solet haec difficultas ex Caietano et Ferrariensi... ut per se ipsam vel per suam actionem intimet divinum imperium per quod res omnis vel effectus fieri potest.

Berton tom 18 Paris 1860

Clare et emphatice exhibuit opinionem dictam Thomisticam

In III 62 4 comm II ed Leon 12, 25

"Adverte hic maximam hoc in loco difficultatem inveniri, eo quod uno sensu intellecta communiter videntur tam a sequacibus quam ab adversariis verba Auctoris, cum tamen dupliciter possint intelligi. Primo ut sit sensus quod in sacramentis novae legis est aliqua virtus superaddita, non solum propriae operationi sensibilis elementi, sed etiam superaddita motui quo movetur a principali agentia; et haec virtus est quaedam qualitas habens esse fluens per modum motus; et est spiritualis; immo est ipsa gratia secundum esse fluens in et incompletum, ut in calce praecedentis articuli hoc ultimum Auctor expressit. Et hic est sensus communis contra quem Scotus 4 d 1 q 4 & 5 et Durandus 4 d 1 q 5 et Aureolus 4 d 1 q 1 a 1 arguunt.

"Sed quoniam hic sensus non est intentus ab Auctore, nec verus, ut nunc conabor ostendere....

Ad idem redit

In III 78 4 comm II

ubi etiam de potentia obedientiali (activa)

"Sicut omnis creatura est in potentia obedientiali ad hoc quod de ea fia t quidquid Deus vult, ita est etiam in potentia obedientiali ad hoc ut sit instrumentum ad quodcumque faciendum Deus illa uti voluerit"

Id quod sane dicit ad creationem et annihilationem per instrumentum

De Causalitate Sacramentorum

Suarezius

In III 13 1-4 disp 31

sect 3 §1 definit potentiam physice activam "illam quae per realemeet veram actionem operatur, et a qua effectus re ipsa pendet in suo esse" unde causalitas physica identificatur cum causalitate proprie dicta

sect 5 post sententias diversas enumeratas

E "Dicendum ergo videtur hanc virtutem instrumentalem in Xti humanitate additum illique inherenterem

"Dicendum ergo videtur hanc virtutem instrumentalem in Xti humanitate non esse rem vel entitatem aliquam aut instrinsecum modum humanitati additum illique inherenterem... sed esse potentiam obedientiale activam in rebus ipsis existentem per quam efficere possunt supernaturalia opera ut instrumenta Dei ipso concurrente per auxilium vel concursum proportionatum effectui et excedentem concursum debitum naturali virtuti creaturae...

"Quod si inquiratur quid sit in rebus haec potentia obedientialis activa et quod obiectum habeat quasve actiones, respondeatur non esse aliquid a rebus distinctum sed in unq quaque re creata ipsammet entitatem per se ipsam esse hanc obedientiale virtutem seu potentiam ad agendum ut instrumentum Dei; itaque sicut calor per se est virtus naturalis ad calefaciendum, ita etiam per se est virtus obedientialis ad agendum v.g. in spiritum; quae ratio obedientialis potentiae nihil addit entitatē rei sed includitur in essentiali conceptu entis creati. Extenditur autem ad omne id quod non continet contradictionem ut tali modo fiat, et hoc est quasi adaequatum obiectum eius; cum enim haec virtus instrumentaria sit, et non agat/in virtute principalis agentis pro obiecto habet ipsummet effectum agentis principalis ex cuius virtute et perfectione mensuranda est perfectio talis effectus seu obiecti et non ex perfecti ne instrumenti. Actio vero talis potentiae obedientialis est ipsammet production spēe supernaturalis effectus per quam pendet a tali instrumento quae actio est eadem cum actione principalis agentis, quatenus per tale instrumentum operatur..

sect 6 fuse disputat

sect 9 acute de essentia instrumenti et de creatione per instrumentum

De Re et Sacramento (ex MF³ p. 581 nota; elucid 48)

Sacramentum: signum sensibile perreniter institutum ad gratiam significandam et conferendam

Quae tamen significatio non immediate est ipsius gratiae sacramentalis sed mediante tertio quod dicitur "res et sacramentum."

Sicut et significatio, ita etiam causalitas per prius est tertii huius "rei et sacramenti," quo mediante producitur ipsa res quae est gratia sacramentalis.

Res et Sacramentum in singulis casibus est	
Baptismus	Character baptismalis
Confirmatio	Character confirmationis
Eucharistia	Realis praesentia corporis et sanguinis Xti
Paenitentia	Acceptilatio ecclesiae
Unctio ext.	Alleviatio morbi corporalis
Ordo	Character ordinis
Matrimonium	Vinculum coniugale

De Paenitentia: Xiberta, Clavis Ecclesiae, Greg. 4 1922 591 ss
Fundamentum est verba institutionis: quorum remiseritis peccata,
remittuntur eis; ergo per prius est remissio ex parte ecclesiae,
deinde ex parte Dei.

De Unctione extrema: ponitur hic effectus a Jacobo 5 15;
directe significatur per unctiones quasi medicinales; nec obstant
verba Flor et Trid, si expedit animae, nam conditionatus effectus
non est alleviatio morbi corporalis sed restituta sanitas.

Res et sacramentum ideo dicitur quia est res seu effectus relate ad sacramentum externum; sed relate ad effectum qui est gratia sacramentalis, ipsum est sacramentum invisibiliter significans et causaliter conferens gratiam.

2a pars $\begin{cases} d) & \text{Ex autoritate multorum auctorum} \\ p) & \text{Ex utilitate ad facilius explicacionem reviviscentiae sacramentorum} \end{cases}$

1a pars : ex directa demonstratione cf. cap.

De Causalitate Sacramentorum.

Triplex quaestio

- a) quid sit causalitas veri nominis, sensu stricto.
- b) utrum sacramenta N.L. sint causae veri nominis.
- c) utrum hoc sit determinatum ex canonibus et capitibus C. Trid.

Prima quaestio est disputata

Altera ab omnibus theologis post-tridentinis admittitur: *concordia tamen verbale*
Tertiae quaestioni respondendum est negative

Primam quaestionem ad tempus praetermittimus.

Secundae sic respondeatur.

Quia sacramenta N.L. differunt a sacramentis V.L. non solum scdm caeremonias externas sed etiam scdm aliam rationem DB 845

Quia continent gratiam quam significant DB 849

Quia hanc gratiam conferunt non ponentibus obicem ibid

Quia hoc faciunt semper et omnibus DB 850

Quia hoc faciunt ex opere operato DB 851

Quia characterem in animam aliqua imprimunt DB 852

Quia conficiuntur independenter a probitate ministri DB 855

Quia baptismus est validus etiam ab haeretico collatus DB 860

Quia baptismus est causa instrumentalis ad nostram iustificationem DB 799

Ideo sacramenta N.L. sunt dicenda causae veri nominis.

Ad mai. Sela-causa-veri-nominis-omnes-has-proprietates-habet

a) Causa veri nominis omnes has proprietates haberet.

b) Quamvis omnes tales proprietates non sunt identicae cum ratione causae, tamen est merus positivismus admittere tales proprietates et tamen negare causam.

Sane Hume affirmaret existentiam talium proprietatum nihil probare nisi sequentiam regularem, connectionem infallibilem. At quicumque valorem activitatis intellectualis admittit, etiam admittere debet in sacramentis praeter sequentiam regularem, ^{prae}nexum infallibilem, etiam adesse causalitatem veri nominis.

Ad min. Ex loc. cit. DB 845 849 850 851 852 855 860 799

Attamen vera causalitas sacr NL non determinatur in C. Trid.

Primo, quia haec erat quaestio disputata inter catholicos, et concilium saepius manifestavit suam intentionem non esse catholicos damnare.

Secundo, quia nullibi concilium affirmat ullum sacramentum esse causam veri nominis; ad summam dicit baptismum esse instrumentum, id quod non est extendendum ad "instrumentum veri nominis"

Tertio, quia notio "causae veri nominis" est quaestio philosophica quam concilium non determinavit.

Obiicitur: aut concilium determinat aut determinatio nostra fallitur. Rep. de se concilium prescindit a systemate philosophico et ideo neque determinatio explicata vel impedita - sed nos intelligentiam nostram aequari et horum dictarum concilii ultra systema philosophicum.

Porro, nulla est oppositio inter nostram deductionem ex concilio et silentium ipsius concilii et cohaerentiam alterius opinionis cum concilio.

Qui enim aliis principiis philosophicis quam nostris regitur, eamdem conclusionem sed alio sensu ex concilio deduceret.

Datur enim triplex coherentia: ipsius concilii, nostri systematis, alterius systematis; fieri potest ut haec tria singillatim sumpta sint sibi cohaerentia, ut utrumque systema cohaereat cum concilio, et tamen ut haec systemata inter se pugnant.

in sacramentis

ad I m sicut in ipsa voce sanctifici est vis quaecumque spiritualis

mag. ordinatus a deo ad effectum spiritualium

↳ ordinatus officia - non potest a deo - sed complementum imperii

ad II m actus impigeret i.e. utrum sanctificis

ad III m ex benedictione Christi et applicatione ministri ad eum conservandi

ad IV m eadem vis sacramentalis

potest ex ratione et verbo projectione per eum conservandi

- significando causant

- deo imperio

III 64 2+3

Imperium clericum

- 1 Deus - voluntas salvifica universalis
- 2 Xthorus - dicitur est mihi omnis potestus in caelis et in terra
dicitur possio - minister - scilicet redemptor sancti officia
- 3 Ministri Xti - id quod fieri potest III 64 4
id quod potest est
dicitur institutum
Signa remunerativa
demonstrativa ex operi operato confirmant imperium clericorum
prognostica
- 4 applicanda a ministris

Imperium clericum incompletum I

incompletum a Deo

mediante Xto ministris sacramentis

ita completum fictione non potest clericum conferat

- 1 De institutione et applicatione III 62 + in 3m; 64, 2+3.
- 2 De ipso sacramento III 62 + in 3m 4m

sanctificans

- a) Gratia sacramentalis est gratia habitualis prout causatur a sacramento et ordinatur in remedium pedcati scdm sacramenti finem
Bonaventura, Alex Halensis, Ricardus de Media Villa, et alii multi quos vide apud Salmanticenses, De sacr in comm disp III n 137
- b) Gratia sacramentalis est habitus specifice diversus a gratia sanctificantे
Paludanus, Capreolus
- c) Gratia sacramentalis est gratia sanctificans una cum gratiis actualibus et auxiliis specialibus
sive haec exigantur a gratia sanctificantе prout sacramentali
sive haec actualia causantur ab ipso sacramento
sive sacramentum efficit titulum et ius ad ea accipienda
ita generatim auctores moderni post Caietanum, van Noort, Gonet, Pesch Lennerz
- d) Gratia sacramentalis est gratia sanctificans cum vigore quodam speciali relate ad sacramenti finem.

DICO

- a) Non datur aliis habitus gratiae sanctificantis ut in 2a opinione
- b) Difficultas radicalis est in conceptu ipsius gratiae sanctificantis: veteres enim concipiunt gratiam et virtutes tamquam perfectiones potentiarum ita ut potentiae accipient non solum posse sed etiam facilius et melius posse ad actus virtutum; at post saec XVI haec opinio quadammodo obsolevit et virtutes donaqua non dant nisi quoddam simpliciter posse.
In hac ultima opinione, fieri nequit ut gratia sanctificans virtutes dona habeant speialem quamdam adaptationem ad sacramenti finem, specialem vigorem, etc.
Unde in hac opinione recurrentum est ad gratiam actualem.
- c) In quaestione disputata, caeteris paribus, praestat sequi opinionem S. Thomae: tum ex precepto ecclesiae, tum etiam ex synthesis formanda in mentibus discipulorum.
Et quidem hac in re sequor S. Thomam prout a P. de la Taille exponitur dilucide et pulcherrime in Eluc 46-48 apud MF.
*De gratia habituali, virt. dona tamquam viris dispositionibus propiciantibus hominem
videat Thos Stud III 1942 69-88*

of DTC
1A: 625A

Annotationes in folia, p 20, de gratia sacramentorum.

1. Singula conferunt gratiam sanctificantem. DB 849-51. Nam gratia simpliciter dicta denominat illam iustificationem de qua DB 799 800 803. Illo tempore gratia actualis dicitur divinum auxilium.

2. Sacraenta mortuorum sunt quorum effectus immediate significatus et proprius supponit statum mortis spiritualis. Baptismus supponit peccatum originale, paenitentia peccatum actuale.

Sacraenta vivorum sunt quorum effectus immediate significatus et proprius supponit statum vitae spiritualis: extrema unctione versatur circa reliquias peccati, confitio matr circa mensuram perfectionem adaptationem gratiae, eucha est vitae sustentatio.

3. Gratia prima est impii iustificatio, secunda est iustificationis incrementum. Cf. DB 799 803.

Unde sacraenta mortuorum ordinantur ad gratiam primam, vivorum ad gratiam secundam: nam mortuorum supponunt impium, vivorum supponunt iustum.

4. Fieri potest ut sacraenta mortuorum conferant gratiam secundam: si enim quis iustus baptizetur vel confitetur, non est cur sacramentum gratiam non conferat.

5. Fieri potest ut sacraenta vivorum gratiam primam conferant: si enim quis est iniustus et tamen abest obex, non est cur sacramentum gratiam non conferat.

6. Praeter gratiam communiter dictam, seu praeter gratiam in quantum habet commune quid in omnibus statibus gratiae, singula sacraenta directe et immediate ordinantur ad aliquem effectum speciale in ordine ad specialem sacramenti finem consequendum. III 62 2; 62 5; 72 7 3; 72 aa 5 6.

omit

7. Hic specialis effectus est realiter a gratia communiter dicta distinctus et tamen ab ea dependens. In confitio matr dici potest vigor sp. a) Nam sacraenta continent et conferunt gratiam quam significant; atque de facto talem effectum significant.

b) Haec est doctrina SThomae: qui nullibi dicit sacraenta conferre gratiam eo sensu quo conferant iura ad gratias actuales; qui in IIIa parte ~~xxx~~ describit effectum speciale baptismi, confirmationis, tamquam effectum habitualem.

c) Quia absurdum est argumentum allatum contra opinionem S. Thomae: per gratiam habitualem sufficienter provisum est contra omnes necessitatibus animae; aliud enim est gratia communiter dicta, aliud specialis effectus ut remissio totalis reatus paenae et culpeae (62 2 2m) etc.

De Gratia Sacramentali: Opinio Thomae
Doctrina S. Thomae prout a P. de la Taille proponitur

opinio caestani fundatur in
solis verbis "div. auxiliis" cum
referentia ad I-II et contra testimoniū
MF³ 583ff Eluc 48

III 62 2 c

A. gratia scdm se considerata (communiter dicta, ut talis) perficit essentiam animae inq. participat quamdam similitudinem divini esse

et sicut ab essentia animae fluunt potentiae, ita a gratia fluunt quaedam perfectiones ad potentias animae, quae dicuntur virtutes et dona, quibus potentiae perficiuntur in ordine ad suos actus

B. Ordinantur autem sacramenta ad quosdam speciales effectus necessarios in vita christiana, sicut baptismus ordinatur ad quamdam spiritualem regenerationem qua homo moritur vitiis et sit membrum Christi: qui quidem effectus est aliquid speciale praeter actus potentiarum animae: et eadem ratio est de aliis sacramentis

NB "fieri membrum Christi" est effectus characteris baptismalis ~~et gratiae~~.

"mori vitiis" declaratur per responsum ad 2m: agitur de morte quoad vitia non relate ad praesens et futurum, in quantum per/actus virtutum vitia tolluntur; sed agitur de morte quoad vitia in quantum sunt praeterita actu, reatu permanentia; per baptismum enim tollitur omnis prorsus reatus culpae et poenae, id quod non fit in aliis sacramentis

Hi duo effectus speciales qui baptismo tribuuntur realiter distinguuntur a gratia sanctificante, a virtutibus, et a donis cf III 69 de effectibus baptismi

III 62 5

C. Gratia autem sacramentalis ad duo praecipue ordinari videtur: videlicet ad tollendos defectus praeteritorum peccatorum, in quantum transducent actu et remanent reatu; et fieri ad perficiendam animam in his quae pertinent ad cultum Dei scdm religionem vitae christiana.

III 72 7 ad 3m

D. gratia sacramentalis addit super gratiam gratum facientem communiter sumptam aliquid effectivum specialis effectus ad quod ordinatur sacramentum

si ergo consideratur gratia in hoc sacramento (confirmationis) collata, quantum ad id quod est commune, sic per hoc sacramentum non confertur aliqua alia gratia quam per baptismum, sed quae prius inerat augetur; si autem consideratur quantum ad illud speciale quod superadditur, sic non est eiusdem speciei cum ipsa

III 72 5 describitur speciale superadditum in confirmatione scilicet; cf etiam a. 6. Est character confirmationis et specialis vigor et augmentum gratiae et virtutum relate ad publicam fidei defensionem et confessionem. Est participatio vitae Christi in campo sociali, in mundo hostili, sicut baptismus est ad bonum individui.

De Causalitate Dispositiva apud S. Thomam.

d 4 dist 1 q 1 a 4 qc 1

"Huiusmodi autem materialibus instrumentis competit aliqua actio ex natura propria, sicut aquae abluere, et oleo facere nitidum corpus; sed ulterius, inquantum sunt instrumenta divinae misericordiae iustificantis, pertingunt instrumentaliter ad aliquem effectum in ipsa anima, quod primo correspondet sacramentis, sicut est character vel aliquid huiusmodi. Ad ultimum autem effectum, quod est gratia, non pertingunt etiam instrumentaliter, nisi dispositive, inquantum hoc ad quod instrumentaliter pertingunt, est dispositio, quae est necessitas, quantum in se est, ad gratiae susceptionem."

NB Haec opinio tunc communis erat, et fundamentum erat quod creatur gratia ideoque ab instrumento non produci potest.

Cf in eundem sensum 4 d 26 q 2 a 3 ad 2m

De opinione postea disputatur: haec sunt certa

De Ver q 27 a 7 c

"Sacramenta non perveniunt immediate et directe ad ipsam gratiam, sed qua nunc loquimur; sed ad proprios effectus qui dicuntur gratiae sacramentales, ad quod sequitur infusio gratiae gratum facientis vel augmentum"

Non videtur eadem esse gratia sacramentalis ac character vel "ornatus" libri Sent.

Summa III q 62

Evitat omnes expressiones ut "dispositive" "ornatus"
Asserit sacramenta causare gratiam qua sumus membra Xti

Summa III q 63 a 4 ad 1m

Divina bonitas gratiam largitur eis qui characterem habent

Summa III q 63 a 3 ad 2m

Character est res respectu sacramenti externi sed est sacramentum respectu effectus ultimi

Summa III q 84 a 1 ad 3m

Sacr^{tt} est exterior poenitentia; sacr^{et} res est interior paenitentia; res^{tt} est gratiae infusio. Prima est causa secundae; et prima et secunda quodammodo causa tertii -- at cf I-II q 113 a6-8
III. 69.10 character est forma, gratia est effectus qui per se sequitur ex forma

Conclusio

Mens posterior D. Thomae haec esse videtur: sacramenta causant eam gratiam quam significant

Sacramenta causant hanc gratiam sive immediate sive mediante charactere aliave "re et sacramento"

At quoad gratiam significatam, sacramenta non sunt causae merae dispositionis ad quam sequitur actio divina, ut in Sent.

Quoad gratiam sanctificantem, sacramenta dici possunt causae dispositivae; inquantum gratia sacramentalis est dispositio.

De causalitate dispositiva sacramentorum

De Ver 27 3 ad 17m (17m)

... quod opinio magistri non tenetur hic communiter ut scilicet potestas creandi et iustificandi possit creaturae conferri

Unde

4 dist 1 q 1 a 4 qc 1
4 q 3 a 2 qc 1 et 3
18 1 3
26 2 2 3 ad 2m

De Ver q 27 a 1 ad 3m

a 3 corp et 16m 17m 19m 20m
2 4 ad 3m

Attamen De Ver q 27 a 4 corp attribuit causalitatem instrumentalem iustificationis ad humanitatem Xti; simile quid a 3 ad 16m 19m 20m implicatur; a 4 corp admittit sacramenta instrumentaliter operari ad gratiam

De Ver q 27 a 7 sacramenta instrumentaliter efficere non ipsam gratiam sed dispositionem quae est gratia sacramentalis (de qua vnde De Ver q 27 a 5 ad 12m ubi dicitur quod gratia sanctificans per sacramentum et non habenti datur et habenti augetur; theoria de gratia sacramentalis est remedium peccatorum, quid innominatum de se, nominatum vero de sacramento)
Cf. Sent. ubi effectus immediatus est character ornatus)

De Pot q 3 a 4 ad 8m dispositive

De Re et Sacramento

1. Sacramentum validum, etiamsi infructuosum propter obicem, aliquem effectum exserit praeter gratiam sacramentalem.

Dicitur hic effectus "res et sacramentum"
sacramentum tt: ritus externus
res tt: gratia sacramentalis /tuese recepti
res et sacramentum: effectus sacramenti validi qua validi, etiamsi infruc-

Diversimode a diversis auctoribus hic effectus concipitur

a) a Patre Billot est iusq quoddam ad gratiam; et existentia probatur
ex reviviscentia sacramentorum

b) generalius in quinque sacramentis talis effectus certo existit
character in bapt conf ordine -- de fide definita
realis praesentia in Eucharistia

vinculum et intrinsecus et extrinsecus indissolubile in matrimonio

c) hi quinque effectus sunt entia physica in bapt, conf, ord, Euch;
ens iuridicum in matrimonio -- ex eis nullus est per se, primo,
principaliter "ius ad gratiam" uti in theoria P. Billot

d) in paenitentia scdm STh "res et sacramentum" est interior
contritio III 84 l 3m; cf I-II 113 8

sed disputari potest utrum haec contritio adsit in paenitentia
valida sed infructuosa; uti patet haec quaestio est difficilima
nisi quis antea paenitentiam studuerit, et etiam gratiam scdm S Thomam

e) in paenitentia scdm P de la Taille, res et sacr est acceptatio
ecclesiae : "quorum remiseritis, remissa sunt"

cf. Xiberta, Clavis Ecclesiae, Greg 4 1922 591 ss

Haec opinio videtur simplex et bene fundata

f) in extrema unctione scdm P de la Taille, effectus validi sacramenti
etiamsi infructuosi est alleviatio morbi corporalis

videtur ponit inter effectus Jac 5 15

distinguitur a restituta sanitate quae quandoque et conditionate
confertur

sed possumus dicere esse "rem et sacramentum" in extrema unctione
quod tamen quale sit adhuc ignoremus; fiat dissertatio ad hanc
rem elucidandam.

dicimus quod adest ex analogia cum reliquis sacramentis

De "re et sacramento" in ordine ad gratiam.

1. Character producit gratiam, sicut forma effectum proprium
III 69 10; cf III 63 3 2m

2. Effectus principalis sacramenti est gratia, secundarius est
character III 62 introd

Character non ponitur in essentia animae quia non propinquus
sed remote et indirecte disponit ad gratiam; gratia datur secundum
id quod convenit divinae bonitati circa eos qui habent characterem
III 63 4 1m

Similiter in Sent IV dist 1 q 1 a 4 qc 1: character est dispositio,
quae est necessitas, quantum in se est, ad gratiae susceptionem
cf in eundem sensum 4 d 26 q 2 a 3 ad 2m

3. Fortiter Cajetanus In III 63 4; 69 10 pro opinione asserentium
characterem non causare gratiam

Et habet bona argumenta, non tamen plene convincentia

4. E contra De la Taille, et Thomistae generatim, qui eamdem
causalitatem circa gratiam attribuunt characteri, quam sacramento
externo.

DICAMUS

Res et sacramentum est sacramentum (signum divinitus practicum)
a sacramento externo productum sed in omni sacramento valido; si
abest obex, res et sacramentum producit gratiam sacramentalem;
si tunc adest et postea abest obex, res et sacramentum perdurans
producit gratiam sacramentalem.

Ex auctoritate S. Thomae III 69 10

Ex facilitate conceptionis sacramentorum reviviscentiae

Obicitur

Cur non perpetuo causatur totalis remissio reatus culpe et
poenae a charactere baptismali

Quia signa divinitus practica sunt "ratio operans" et non
"natura operans"; cf 4 dist 23 q 1 a 2 qc 3 corp

Scilicet, haec signa producunt gratiam sacramentalem eo modo,
mensura, tempore, frequentia quae determinantur in fontibus revelationis
de iisdem signis.

1. Non-iteratio

- a) baptismi -- ab omnibus semper -- etiamsi rebaptizabant, affirmabant se non rebaptizare sed invalide tinctos baptizare
eg Cyprianus Ep 71, 1
- b) confirmatio -- ~~reiterabatur-sed-tantummodo-quia~~
reconciliati in multis ecclesiis recipiebant unctionem chrismatis, manus impositionem, signaculum -- scil ritum similem confirmationi
alii dicunt hunc ritum esse confirmationem et addunt ab haereticis collatam confirmationem non aestimatam esse validam ab aliquibus
alii dicunt hunc ritum esse paenitentiam
usus romanus tandem praevalebat: confirmatio non reiterabatur
- c) ordo
in praem primaeva ecclesia, nulla iteratio, quamvis ordinati lapsi et reconciliati saepe degradabantur
in ecclesia orientali saeculo quinto, aliquae reordinationes

2. Sphragis, Signaculum, Character, Sigillum

- a) stat-pre-baptisme-vel-pre-gratia-in-primitiva-saeculis
- a) sphragizein ad denotandum effectum spiritualem a Deo productum in anima est originis apostolici
- b) saepissime dicitur in doc priorum saeculorum Hermae Pastor, II Clementis, Tert, Cyr Alex Cyprianus
- c) at nondum clara distinctio inter gratiam et characterem
- d) doctrina magis evoluta apud graecos saec IV
Cyr Hier, Basil, Naz, Nyss, Chrys
- e) est spiritualis salutaris mirabilis sancta indissolubilis
- f) custodit: sicut thesaurus sigillatus, sicut ovis sigillata, sicut

De habitudine inter gratiam et "rem et sacramentum"

1. Gratia producitur a charactere
Ita videtur III 69 10; cohaeret III 63 3 2m
2. Character producitur a **gratia** tamquam effectus secundarius;
ex divina bonitate

De Charactere Sacramentali (Le rôle du caractère sacramentel)
Puech, Leonard, O.F.M., Culture 1 (1940) 34-61, 180-206

2 (1941) 166-199

4 (1943) 200-211, 358-392

1. 34-61

fin: "relever quelques traces du renouveau au Canada, ces dernières années, de la théorie thomiste du caractère sacramental... mesurer le progrès théologique accompli."

Mgr L A Paquet, Aux sources de l'Action Catholique, Le Canada Français, 22(1935-6) 5*-17*

A Ferland, Commentarius in Summam D Thomae, De Gratia De Sacr in Communi, Montreal, Grand Séminaire, 1938, pp 441-459

Le sacerdoce laïque, fondement de l'Action Catholique, Montreal 1938, brochure de 15 pp.

L Audet, Notre participation au sacerdoce du Christ, Etude sur le caractère sacramental, Quebec, Univ Laval, 1938, 63 pp

Mgr A Camirand, Pour votre ministère, Arthabaska 1930, cf pp 56 f, 228-34

Rme Dom S Gertken, The Mass and the Priesthood of Christ, Congrès Eucharistique National de Québec, Québec 1939 pp 812, pp 473-79

J Fuller, You are a chosen generation, a kingly priesthood, ibid, 543-46

A Caron, Le sacerdoce des fidèles, ibid 389-98, also Rev Univ Ottawa, 9(1939) 5*-18*

"... schématiser les étapes dans des formules volontairement un peu raides. Chez les anciens scholastiques, tel saint Bonaventure, le caractère est la marque d'un état; chez saint Thomas, il est le signe d'une fonction liturgique; chez les modernes, il est une fonction liturgique et sociale, l'accent tendant à se déplacer du liturgique sur le social." p. 61

1. 180-206

fin: "si la théorie (du caractère comme) de la participation au sacerdoce du Christ est une vérité acquise à la théologie et s'il n'y a de progrès à espérer que dans un approfondissement de cette participation." p 180

Neque documenta ecclesiastica, neque SScri, neque patres hanc doctrinam de participatione ad sacerdotium Xti per characterem imponunt 181-84

Primus S. Thomas hoc docuit (clairement formulé) p 185

Quelques sondages suffisent cependant à montrer que longtemps sa théorie de la participation au sacerdoce du Xt n'attira guère l'attention des théologiens.

Character est participatio sacerdotii Xti p 205f

Durst, tous les théologiens, donc théologiquement certain, note exagérée Ferland, opinion plus commune: note plus près de la vérité quoique

il semble assez difficile de prouver que les théologiens ont tenu plus communément pour une participation physique

Haec participatio tamquam centrum totius theoriae, sicut apud Audet et Ferland, "c'est du nouveau et du tout récent en théologie"

De Charactere Sacramentali (Puech 2)

Culture 2, 166-199

Obicitur contra doctrinam S. Thomae, scil., sacramenta ad cultum, atqui cultus est ex sacerdotio Xti

1. Id quod est novum et peculiare est assertum, sacramenta deputare ad cultum scdm ritum xtianae religionis (III 63 1; 62 5)

Ex hoc sequitur tota theoria de charactere, tamquam potentia ad participandum sacerdotium Xti scdm actus externos p 170

Attamen hoc non probatur

Et indiget probatione "Si l'on insiste que les sacrements à charactere confèrent une fonction surnaturelle, nous l'accordons; mais de quel droit la réduire sans preuve à une simple fonction liturgique, comme si la fonction du prêtre en administrant les sacrements, celle du fidèle en les recevant n'était que de professer extérieurement leur foi par des signes sensibles?

2. Non explicat explicanda

a) Augetur notio cultus ut includatur publica fidei professio, ad quam deputat character confirmationis non simpliciter sed "ex officio"

b) Ne verbum quidem movetur de sacerdotio Xti in duobus articulis de charactere confirmationis III 72 5 et 6

c) Administratio baptismi et matrimonii non ex charactere ordinis; ex lege ecclesiae administratio matrimonii numquam

d) Omittit elementum principale apud patres: PP dicunt characterem demonstrare xtianum pertinere ad corpus Xti sicut ovis ad pastorem miles ad ducem etc; STh reducit characterem ad functionem cultus externi -- cultus internus ex virtute religionis est

3. Omnis cultus derivatur ex sacerdotio Xti, hoc est,

a) omnis cultus ipsius Xti est ex saerdotio eius

b) omnis cultus noster est participatio cultus Xti

c) character, qui nos aptos ad cultum facit, est participatio sacerdotii Xti

quoad a)

non omnis cultus quem Xitus homo reddidit Patri eius erat ex sacerdotio: quia sacerdotium est ad cultum publicum "pro hominibus constitutum" Hebr 5 1

praeterea, cultus datus est Deo ex praedicatione Xti (Io 17: 4.6) atqui praedicatio ex munere non sacerdotali sed propheticō

praeterea, Deo servire est regnare (Postcommunio, Pro Pace); atqui servire Deo est actus cultus (II-II q 81 a 3 ad 2m; q 93 a 2 c) qui tamen pertinet non ad sacerdotium sed ad munus Xti regis

praeterea, sicut cultus interior est Deum cognoscere amare servire, etiam cultus exterior (religio socialiter manifestata) est facere ut alii Deum cognoscent, ament, eique serviant; ergo cultus pertinet ad triplex Xti munus, regale propheticum sacerdotale

quoad b)

utique, omnis cultus noster est ex participatione munieris Xti; at non solum cultus exterior sed etiam interior; at theoria thomistica restringit characterem ad deputationem ad cultum exteriorem

quoad c)

effectus minimus: baptizatus non-baptizatus valide baptizat; non-confirmed obligatur ad publicam fidei professionem; sed haec non faciunt "ex officio" -- character dat "facere ex officio"

et lege p 170 + En effet - - Une vraie participation - -

De Charactere Sacramentali (Puech 3)

/au X_t

Culture 2 166--99 inde a p. 180 Le caractere sacramental nous incorpore

2, 166-99

Obicitur contra theoriam S. Thomae

1. Fundamentum est quod "sacra menta n^o 1 ad duo ordinantur: videlicet ad remedium contra peccata^m et ad perficiendam animam in his quae pertinent ad cultum Dei secundum ritum Christianae vitae" III 63 l c; 62 5 c

Atque nemo thomistarum hoc probavit p 168-70

2. Sacra menta sunt actus cultuales; dant potentiam circa tales actus; nihilominus probandum est quod functio fundamentalis et prima est deputatio ad

Annotationes in Puech: De Charactere Sacramentorum

1. Laudandus de duplice inquisitione: evolutio speculationis de charactere a M A ad nostra tempora; evaluatio notae attribuenda asserto DTh de participatione sacerdotii Xti
2. Laudandus de conceptu muneris theologici: est aliquid faciendum; esse theologum est doctrinas ordinare intellegere; et hoc opus nondum est perfectum; immo gravis obligatio theologo incumbit
3. Bene ponit defectus obvios in systemate STh; attamen nobis quibus Aquinas dux est et magister, magis est elaborandum ad hos defectus quantum fieri potest corrègendas potius quam novum initium quaerere; et re vera, etiamsi additur munus regium et propheticum Xti ad munus sacerdotale, non datur magna diversitas; principium fundamentale quod character est participatio muneris -- id quod probari videtur III 63 3 cf Pesch §194 -- manet, etiamsi extenditur ad alia munera quae non tam obvia sacramentis bapt conf ord connectuntur
4. Vere datur unio cum Xto homine, de qua re insufficienter tractant theologi
5. Quod haec unio operatur per sacramenta est verum: sed videtur per Eucharistiam ex propria virtute, per alia ex voto Eucharistiae, per sacramenta characteres ex ordine ad E alia sacramenta quae ipsa ad Eucharistiam ordinantur
Unde huius rei positiva expositio ad tractatum de Euch remittimus
6. Sacramenta operantur hanc unionem mysticam non per gratiam sed per characterem
Inchoative in quantum character ordinat ad gratiam, ad assimilationem cum Xto per gratiam, C
Perfecte et simpliciter, N, uti patet ex praeclarione a corpore mystico per schisma, haeresin, apostasiam, damnationem aeternam, quamvis character manet
7. Quod character est possessio: ex consequenti C, ex intrinseca natura, N -- est signum significans et efficiens distinctionem et ordinationem; ordinari ad aliquem tamquam ad finem est possideri I 21 1 3m
8. Multo magis unio gratiae est ad instar unionis hypostaticae quam unio characteris quae de se est sive in bonum sive in malum usum Omnia quae sum et facio non sunt Xti, quamvis Xto esse debeant
9. Datur similitudinaria idiomatum communicatio ex nostra unione cum Adamo: peccatum originale non solum est poena sed etiam culpa, in non-baptizatis; est culpa et voluntarium voluntate Adae -- per prius est intelligenda haec solidarietas ad cuius instar explicite datur nova humanitas in Xto Rom 5 12 ff

ille tamen motus non est causa gratiae sed effectus; unde tota operatio pertinet ad gratiam.⁶⁰

Just as the generation of fire results in immediate burning, so the infusion of the virtues results in immediate acts of virtue.⁶¹ For habitual grace is like any other form: it gives not only esse but also operari.⁶²

One must not suppose, however, that St. Thomas always analysed the instant of justification in the above manner. In the De Veritate, for example, obstinacy in sin is defined as an incapacity to coöperate with grace.⁶³ Now this is meaningless when it is fully grasped that grace is what gives the capacity to coöperate, that it plucks out the heart of stone, however black, that will not coöperate, and gives the heart of flesh that leaps to coöperation. What, then, was the course of St. Thomas's development on this point?

First, there exists a basic uniformity. At all times St. Thomas distinguished between God's infusion of the virtues and our consent to that infusion. The former is always operative: quam Deus in nobis sine nobis operatur. The latter is always coöoperative: qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te.⁶⁴ Further, the act of consent is always causally dependent on the infusion of grace: for such acts are meritorious,⁶⁵ and without grace there is no merit. Finally, in the Sentences and the De Veritate the causal dependence of the act of consent appears to be solely with regard to the forma meriti; but in the Summa the dependence regards not only the forma meriti but also, as we have seen, the motus liberi arbitrii itself.

Thus in the Sentences there is the question, Do the free acts in justification precede the infusion of grace?⁶⁶ The answer is a series of distinctions. What is meant by precedence? If the reference is to a temporal order, the answer is negative, for the infusion of grace, the free acts, and the remission of sins are simultaneous. If the

De Natura Characteris

Character sacramentalis est realis mutatio accidentalis qualitativa
in anima producta

Mera denominatio extrinseca a sacramento recepto: a) pariter habetur
ab omnibus sacramentis; b) non sufficit eis quae a PP de sigillo
dicuntur.

Mutatio substantialis nullo modo asserit potest neque a quoquam asseritur
Ergo relinquitur ut sit mutatio accidentalis realis, et quidem in
anima producta ex dictis PP et C. Trid.

Haec realitas accidentalis est in praedicamento relationis
Si accidens reale, aut quantitas aut qualitas aut relatio

Non quantitativa, nam anima non est quantitativa

Non qualitativa, nam nemo umquam dixerit qualis qualitas; neque
quisquam dicere poterit, meo iudicio

Est relativa, nam a) non valent quia contra obiciuntur, et b) relatio
explicat omnia explicanda

*sec. cognoscitiva et in his
cognoscibilem suam patientiam
potest ad istam patientiam habuisse: sed
ordine ratione ad ordinem cognoscitivam*
Non valet quod contra obicitur, nempe, relationem praesupponere
fundamentum; assertum distinguitur

In ordine rerum quoad nos, prius datur fundamentum et deinde relatio C

In ordine rerum quoad se, prius datur fundamentum et deinde relatio N

Nam quoad se, scilicet in ordine intellectarum rerum, omne accidens
praesupponit relativitatem; et probatur

Patet in potentiis animae: potentiae cognoscitivae et appetitivae
praesupponunt habitudinem inter cognoscens et cognoscibile,
appetens et appetibile; nam sine tali proportione in cognoscente
vel appetente, cognoscibile non potest ei esse cognoscibile et vel appetibile
appetibile non potest esse ei appetibile. *per potentiam, aliquis fit aeternus cognoscibilis
per relationem, aliquis habet posse esse cognoscibilis*
Patet in potentiis nutritivis, reproductivis: quae omnes praesupponunt
habitudinem et proportionem inter nutriendi et quo nutritur,
reproducens et producibilis

Patet in potentiis materialibus: nam haec omnes sunt ad actionem
vel passionem transitivam; ideoque praesupponunt habitudinem
et proportionem inter se et distincta patientia vel agentia
Patet in ipsa quantitate, quae falso asseritur esse accidens
fundamentale in quo caetera recipiuntur: est fundamentale quoad
nos sicut et alteratio in Physica Aristotelica; sed non est
fundamentale quoad se, uti patet ex impossibilitate definendi
"quantitatem" sine circulo vitioso [e.g. quod habet partes extra partes
deo quantitatibus non relativitatem suam materialium per se non empiricam limitataum.

Relatio explicat omnia explicanda

Non assumimus hanc in schola totam metaphysicam retractare; sed dicimus
quantitatem et varias potentias activas et passivas esse consequaria
et quasi-actuationes radicalis cuiusdam relativitatis

Quantum ad characterem sacramentalem, dicimus per eum advenire
homini novam relativitatem ac si quis ex uno spatio in aliud
transfertur -- charactere enim transferimur ex vetere homine,
qui est in Adamo, ad novum hominem, qui est Christus

Est ergo character nova habitudo homini adveniens qua ad Christum
tamquam ad caput novae humanitatis ordinatur et ad munus *sp/particulare*
in Corpore Xti Mysticis dirigitur destinatur *generale vel*

Haec relatio dicitur signum, non ratione sui sed ratione causae:
ex eo quod sacramentum, quod est causa, est signum; character,
per dependentiam suam a signo, dicitur signum III 63 2 4m

Haec relatio est quid distinctivum: quod enim ordinatur alicui tamquam
ad finem, debetur ei; est eius possessio I 21 1 3m; eo quod characterem
debemur Christo, sumus Xti possessio, et per consequens ab aliis
distinguimur

De Natura Characteris

Relatio explicat omnia explicanda (continuatur)

Haec relatio est dispositio

Est enim cur ab angelis custodiamur, a diabolis timeamur, ut PP dicunt

Est cur Deus dat gratiam qua actu sumus membra novae humanitatis

Haec relatio est configurativa Xto

Non quidem de se sed ex eo ad quod nos ordinat: ordinamur enim
ad actualem unionem mysticam cum Xto, ad plenam participationem
novae humanitatis

Haec relatio diversificari potest, ideoque triplex esse potest

Est baptismalis inquantum ordinamur ad incorporationem in Xto

Est confirmatoria inquantum ordinamur ad vitam adultam in Xto

Est ordinis inquantum ordinamur ad ministeria sacra in Xti corpore

Haec relatio habet rationem instrumentalitatis

Non quidem formaliter sed fundamentaliter: qui enim in Xto sunt,
sunt instrumenta Xti ad plenitudinem Corporis Mystici efficiendam;
character vero nos ordinat ad talem instrumentalitatem; facit nos
haberi a Xto, et per prius aliquid habetur tamen instrumentum quam
usurpat ut instrumentum

Haec relatio habet aliqualem rationem potentiae

Non quidem formaliter sed fundamentaliter: omnis enim potentia
praesupponit aliquam relativitatem magis radicalem quam ipsa
potentia; character dat relativitatem quae praesupponitur a
potentiis supernaturalibus.

Obicitur: qui nimis probat, nihil probat; atque scdm dicta character
est absolute necessarius ad vitam supernaturalem

Resp: absolute necessaria est relativitas ad Xtum caput Corporis Mystici, C,
absolute necessaria est talis relativitas cum reali dependentia
a sacramento externo, Sub-dist. scdm legem ordinariam huius oeconomiae, C,
scdm legem extraordinariam vel in alia oeconomia, N

Instatur: atqui non absolute necessaria est relativitas ad Xtum caput,
N, Coloss I 18-20

Instatur: atqui haec relativitas habetur ex gratia sanctificante
Dist. actualiter plene, complete, etc. Transeat, radicaliter N

Explico: inquantum character est relativitas quaedam, in nostra
oeconomia suppleri potest per relativitatem voti

Respondeo de novo: id quod est absolute necessarium est relativitas
quaedam radicalis ad caput Corporis Mystici; et hoc ex SScr probatur,
e.g. Coloss 1: 18-20.

necessitas characteris est eadem ac necessitas
sacramenti ex qua est: e.g. baptismus necessarius necessitate
medii extrinseci

sacramentum non est absolute necessarium quia
relativitas quae ex charactere habetur suppleri potest per rela-
tivitatem quae in voto sacramenti habetur.

verum quidem est omnis gratia est gratia Xti;
sed per prius requiritur habitudo ad Xtum quam ex Xto recipitur
donum gratiae Xti.

Humanitas: abstracte, essentia humana, id quo homo est homo
concrete, collectivitas quaedam hominum, Martiani, Tellurini

Humanitas vetus: unitas hominum in Adamo; quae est triplex, biologica,
etul historico-culturalis, et spiritualis.

unitas biologica: ex una stirpe communi nascimur

unitas historito-culturalis: dupliciter

ex unitate finis: to eu zén, bene vivere

ex solidaritate prosecutionis: unaquaeque generatio non solum

generat sequentem scdm carnem, sed etiam construit conditions

sozialès, politicas, culturales sub quibus sequens generatio /-ur
ad finem procedere necessitatur -- non/nascimur homines sed etiam nascim
in tali natione et gente, in tali patria et statu, in tali stadio
culturae, cum tali haereditate economica, artistica, scientifica,
philosophica, religiosa, politica, etc.

ex limitatione libertatis: in singulis individuis datur limitatio
libertatis ex continuitate psychologica; actus generant habitus;
habitus sane est quo quis utitur quando voluerit, sed habitus in
voluntate est actus primus volendi qui in actum secundum transit
data occasione

et simile quid in societate est videndum,
quatenus influxus educationis bonae vel perversae, sedulae vel
neglectae, habitus generat; quatenus etiam conditions externae
campum electionum restringunt; etc.

unitas spiritualis: in peccato originalè, quod non solum est poena
sed etiam culpa in nobis (DB 376), voluntarium tamen voluntate non
nostra sed Adami -- cuius convenientia perspicitur ex limitatione
libertatis nostrae (cum enim tales simus ut non possimus habere
libertatem nisi limitatam, bonitas divina fecit ut per caput generis
humani et eius liberum arbitrium determinetur qualèm limitationem
habeamus. ☐

Humanitas nova: unitas hominum in Christo. Cf. Rom 5 12 ff; ib 1:18--3:20
in termino: unitas hominum resurrectorum visione beatifica gaudentium /-i
in via: homines in motu a vetere in humanitate ad terminum novae humanitat,
qui motus est prius in animam, hac in vita mediantibus corporalibus
in animam et mediante anima in corpus nostrum (dominio quodam politico),
at post mortem per carnis resurrectionem directe in ipsius corporis
renovationem.

Qui motus est mediantibus corporalibus (fides ex auditu, sacramenta)
in animam, mediante animae dominio in corpus, attamen post mortem
etiam directe in ipsum corpus qui resurget et glorificatur.

Quo in motu tria elementa distinguntur

a esse in Christo, sicut palmes viti inseruntur

b vivere in Christo, sicut palmes in viti vivit

c fructificare in Christo, sicut palmes fructus exsorit.

Quoad c omnes boni actus vitae xtianae

SpS

Quoad b/gratia sanctificans, virtutes, dona, gratiae actuales,/inhabitati

Quoad a est transferri ex vetere in novam humanitatem

initium huius motus, contactus cum causa principali, fieri
instrumentum huius causae, accipere novam sortem et finem
pertinare ad novam collectivitatem

solum/

Quaeritur: quid sit quo constitutimur novi homines in Christo?
quid sit illud "transferri ex vetere in novum hominem"?

Respondeatur: sicut sumus in collectivitate et unitate ~~Adami~~
ex actione Adami, ita sumus in collectivitate et unitate Xti ex
actione Xti.

Porro, actio Adami erat triplex: quatenus filios filiasque
generavit; quatenus initium historiae et culturae dedit; quatenus
demerita sua nobis communicavit.

Similiter et Christus triplicem actionem exercet:

- a initiavit motum historico-culturalem, apostolos mittendo et in ecclesiam fundando et iurisdictionem conferendo et magisterium constituen-
et haec actio accipi potest quatenus quis habet fidem, quae est initium et radix et fundamentum omnis iustificationis
- b merita sua nobis communicat: mittendo SpSm habitare in cordibus nostris per gratiam sanctificantem, infundendo charitatem et reliquias virtutes et dona, movendo nos per SpSi inspirationes et illuminationes.
- c regenerando nos in prorsus novum hominem, per resurrectionem carnis, et visionem beatificam, et conversationem in societate caelesti.

Quae triplex actio per se ordinatur, ut effectus C habeatur
per B, et effectus B habeatur per A

Porro actio prima exerceri potest in aliquam quatenus quis habeat fidem quae est initium radix fundamentum omnis iustificationis.

Attamen quatenus quis est merus catechumenus, nondum est in Christo: nam esse in Xto, est esse in ecclesia; et catechumenus nondum est in ecclesia CIC 87 quamvis Christo credat

Alia ex parte non requiritur ut quis sit in statu gratiae ut ad ecclesiam pertineat: notissima enim est doctrina peccatores esse in ecclesia, ideoque vera membra Xti. Cf 1 Cor 6 15 ff

Unde relinquitur ut charactere baptismali aggregemur et incorporamur Xto

Iterum ergo quaeritur: quemadmodum character faciat ut Xto insimus.

Minister sacramentorum: is qui proxime sacramentum conficit; is qui proxime ponit sive et materiam et formam (bapt conf ord matr unct) sive ponit formam circa materiam suppositam (euch Paen).

Minister dicitur minister et non simpliciter confector auctor quia propria virtute, proprio nomine, non agit
Eph 5: 25 f. Xpus lavat mundat ecclesiam lavacro in verbo visae
R 1280 Amb 1810 Aug (cf Lenn §108)
DB 698 "Sacerdos in persona Xti loquens hoc conficit sacramentum"
scil. dicendo "hoc est corpus meum" Cf DB 899
DTh 4 d 5 q 2 a 2 sol 2 et 3
Et communiter omnes TT - *Pach #232*

Explicatur: totus effectus ascribitur tum causae principalium causae instrumentalium; at effectus non totus sed partialis, scil., effectus secundum rationem aliquam specialem, ascribitur causae cuius virtute est.

Si machina dactylographica scribo, non vere dicitur machina multos errores committere, neque vere dico bene litteras efformare

In libris inspiratis, non vere dicitur Spiritus S facere errores grammaticales, neque hagiographus vere dicitur revelare

In sacramentis administrandis, non vere dicitur Xpus susurrare et nimiam aquam effundere, minister vero remittere totalem reatum et culpae et poenae

Quaeritur: qua ratione minister sacramenti est instrumentum Xti. Difficultas est quod in causis per se ordinatis, actio omnium causarum est simultanea: simul influunt in effectum, et Deus et voluntas, et brachium, et baculus. Sed actio Xti in sacramentis est actio olim et semel posita quando scilicet Xpus sacramenta instituit

Primo solvitur: actio sacramentalis est actio vicaria; vicarius est qui physice quidem actionem ponit ita tamen ut effectus iuridici sunt iidem ac si dominus (auctorizans, mandans) ipse physice actionem posuisset. Ita Lennerz, De sacr in gen §§103-110.

Quae solutio nobis placere non potest: effectus enim sacramenti non solum iuridici sunt.

Praeterea, remanet quaestio circa actionem vicariam: num ordo iuridicus ad complexum fictionum sit reducendas?

Iterum solvitur: distinguendo minorem.

Actio enim Xti est olim et semel posita, quoad fieri istius actionis, C

Actio Xti est olim et semel posita, quoad influxum istius actionis, N; nam tamdiu influuit actio institutionis quamdiu valet auctoritas Xti et institutio hac potestate facta.

Scilicet, dicimus potestatem Xti non limitari ad id temporis quando in actu exercendo sacramenta instituit; sed per omnia tempora huius oeconomiae perdurare; et praeterea dicimus influxum Xti actualem mensurare potestate et non momentaneo actu quando instituit.

Aliter dicimus actum institutionis esse actum voluntatis Xti, et istum actum perdurare etiam nunc.

Haec est altera voluntatis: tandem est quando Xpus valit influxus ex potentia voluntatis Xti: tandem influuit, quando Xpus habet potestatem ministerialem excellentiam

De Intentione Ministri

1. Tractatur de necessitate intentionis antequam de fide vel probitate; nam sunt dicta PP quae negant haereticis potestatem valide baptizandi; explicari tamen possunt per defectum intentionis in haereticis.

2. De natura intentionis agit STh I-II q 12

a. 1, monstratur quod intentio est actus voluntatis

a. 1, ob 4 et ad 4m distinguitur intentio a voluntate, fruitione, et electione; electio est mediorum; voluntas est finis absolute; fruitio est finis inq in fine quiescimus; intentio est finis inquantum per aliud in finem pervenire volumus

a. 1 ad 3m. dicitur intentio esse actus voluntatis praesupposita ordinatione rationis ordinantis aliquid in finem.

3. Unde intentio aliud praesupponit et aliud est

Praesupponit ordinationem rationis ordinantis aliquid in finem

Est actus voluntatis tendens per media in finem (obici potest contra ex articulo 2, at haec videtur vera definitio).

4.. In re sacramentaria possumus distinguere intentionem veram et intentionem mere apparentem.

Intentio vera est actus internus voluntatis tendentis in finem per media aliqua.

At intentio mere apparet a) non dicit ullum actum in voluntate b) immo non excludit internum actum voluntatis contrarium sed c) tota consistit in externa apparentia verae intentionis inquantum minister modo serio omnia externe requisita ponit.

Quod sufficit intentio mere apparet ad valorem baptismi, damnatur ab Alexandro VIII inter errores Iansenistarum, DB 1318

5. Vera intentio est actus voluntatis, sed et ipsa dividitur scdm obiectum in quod tendit.

Obiectum enim volitum potest esse vel ritus externus tantum (sicut effundere aquam et verba pronuntiare) vel sacramentum proprie dictum (sive hoc explicite et specifice concipitur, e.g. velle regenerationem spiritualem, velle remissionem peccati originalis, sive tantummodo implicite et confuse concipitur, e.g. baptizans vult id efficere circa baptizandum quod ecclesia vult, quamvis forte ipse plane nesciat quid hoc sit)

Unde dividitur intentio in internam et externam.

Externa intentio (non confundenda cum apparente) vult facere quod ecclesia fadit, vult ritum externum quem ecclesia facit.

Interna intentio vult per ritum id quod ecclesia vult per ritum; intendit non solum quod ecclesia facit sed etiam quod ecclesia faciendo intendit.

6. Unde comparative:

intentio apparet non intendere sed solummodo facere

intentio externa est et facere et quod fit intendere

intentio interna est et facere et quod fit intendere et praeterea intendere id quod ulterius fit.

De Intentione Ministri

Theologi ante-tridentini (Lennerz §142)

1. Saec XII necessitas intentionis ab aliquibus negata est: Robertus Pullus, Gandulphus cum sua schola, Rolandus)
Maior pars theologum necessitatem affirmavit: Hugo a S Victore, Summa sent, Sent divin, Lombarus, Omnebene, Petrus Pictaviensis, Huguccio, Petrus Blessensis, Alanus de Insulis.
2. Saec. XIII communiter statuitur necessitas intentionis: Praepositinus Guilelmus Altissiodorensis, Alex Hal, Bonavent, Albert Thomas, Richardus a Mediavilla, Scotus.
Obiectum huius intentionis est vel ipse effectus sacramenti (sanctificatio, gratia) vel saltem perfectio signi sacramentalis ad memorem ecclesiae.
Nemo inter TT ante Trid videtur intellexisse "intendere facere quod facit ecclesia" de intentione mere externa efficiendi aliquas operationes externas, sed semper intellegit illam intentionem qua minister facit intentionem ecclesiae suam esse.
3. Quamvis SThomas III 64 8 2m ea dicit quae implicant non requiri intentionem mentalem sed tantum apparentem illam quae in forma verborum continetur, nihilominus sequaces omnes talem sententiam non profitentur sed conantur e generali doctrina hunc locum ita explicare ut intentio mentalis non negetur. *Audiles efficiunt sufficientem intentionem operantur.*

Theologi post-tridentini (Lennerz §145 ff)

4. A non nullis theologis defenditur sufficientia intentionis externae una cum intentione apparente: minister intendit id quod facit ecclesia, sed non id quod intendit ecclesia; modo serio et digno sacramentum conficit.
Ita Catharinus/qui episcopus interfuit VII^x sessioni; ita Salmeron qui theologus interfuit VII sessioni; ita etiam Serry OP Contenson, Drouin, Iuenin.
5. Farvacques Lovanii statuit sufficientiam intentionis mere apparentis, et damnatus est ab Alex VIII in DB 1318.
6. Communiter TT tenent necessitatem intentionis internae, et haec opinio in praxi est sequenda; non enim licet uti probabilismo ubi agitur de validitate sacramentorum.

OP

De Intentione Ministri (Documenta ecclesiae)

DB 424, Innocentius III, Professio fidei Waldensibus praescripta, anno 1208
Ad eucharistiam tria necessaria: certa persona, verba, fidelis
intentio proferentis.

DB 672, C Constantiense, anno 1418, interrogations Wicleffitis et Hussiti
... cum debita materia et forma et cum intentione faciendi quod
facit ecclesia

DB 695, C Flor, anno 1439,
... rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, et persona ministri
conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit ecclesia;
quorum si aliquod desit, non perficitur sacramentum

Conc. Trid.

cf. Cavallera, Le décret du Concile de Trente sur les sacrements
en général, Bull Litt Eccl (1914) 361-77 401-25 (1915/16) 17-33 66-88
(1918) 161-81

cf. Lennerz de sacr in gen §§18-49

§32. Error, fons, sententia TT, censura PP [TT 20-29 Ian 1547; PP 8-21 Febr

"Intentionem ministrorum non requiri, nihilque agere in sacramentis. -

Lutherus de captiv Babyl: 'Quidquid credimus nos accepturos esse,
revera accipimus, quidquid agat, non agat, simulet aut iocetur minister.'"

Sent TT. Damnandus cum declaratione "Quoniam intentione ministrorum
(ut aliqui asserunt) non est simpliciter necessaria, sed tantum quod
intendunt facere quod ecclesia intendit, ideo cuperent hunc articulum
damnari cum aliqua declaratione. Caeteri theologi censem hunc
articulum damnandum omnino et iam damnatum in C Flor etc."

Censura PP. "Quidam dixerunt quod damnatur ut iacet, alii quod
dicatur 'nullam intentionem ministrorum esse necessariam'; sed
deleantr illa verba 'nihilque agere in sacramentis' quia in veritate
nihil agit in sacramentis."

§45. Post correctiones

"Si quis dixerit in ministris dum sacramenta conficiunt et conferunt
non requiri intentionem faciendi quod facit ecclesia: A S"

Censura PP: "ibi 'intentionem faciendi' ut addatur 'saltem'; item
dixerunt quidam advertendum quod in Eucharistia requiritur propria
intentio conficiendi."

Praelati TT: cum reliquis PP (congregatio generalis) "placuit addi
post verbum 'intentionem' 'saltem faciendi' etc"

§49. Schema definitivum et definitum, DB 854

Notanda

Necessitas intentionis ab omnibus TT et PP agnoscitur, nem contradicente
Explicatur quod intentio requisita non necessario fertur in ipsum

effectum sanctificationis; sufficit in id quod intendit ecclesia

Sensus obiecti intendendi "id quod facit ecclesia" non explicatur:
ideoque interpretandum videtur ad mentem eorum quae communius a TT
prioris temporis tradebantur; ratione habita intentionis concilii
non dirimendi quaestiones inter catholicos disputatas sed haereticos
damnandi

Videtur requiri intentio actualis vel virtualis: "dum sacramenta
conficiunt et conferunt"

De Intentione Ministri (probatio)

1. Nihil disertum in SScr et PP; implicite tamen continetur doctrina in eis quae dicta sunt de ministro tamquam vicario Xti.

2. Requiritur vera intentio, seu actus internus voluntatis.

a) Ex doctrina TT in ecclesia recepta et definita.

Post primas incertitudines inde a saec XIII habetur verus consensus opinionis theologicae: consensum enim non infringunt locus disputatus SThomae, opinio Aurelii de sufficientia intentionis apparentis; vel similis et dammata opinio Farvacques.

Atqui hic consensus est receptus et definitus in ecclesia:
DB 424 672 695 854 (contra Lutherum de ministro iocante vel simulante)
860 902 1318 1966

b) Ex ratione

Actus humanus est talis per actum voluntatis deliberatum; atqui ad valorem sacramenti requiritur ut sacramentum actu humano conficiatur; ergo. Maior patet et ad minorem multipliciter arguitur

a) Xitus commisit sacramenta hominibus ministranda; atqui qui commisit aliquid hominibus, non commisit amentibus, delirantibus, dormientibus, sed hominibus proprie talibus seu actu humano agentibus

Et hoc probat necessitatem alicuius intentionis (saltem simulantis)

b) Minister sacramenti est vicarius Xti: agit enim non propria persona sed persona et nomine ~~et~~ alterius; atqui nemo agit tamquam vicarius alterius nisi quando hoc ~~in~~ vult et intendit

Ad hanc minorem: per se enim unusquisque agit propria persona et nomine; ideoque specialis actus requiritur ut agat nomine et loco alterius e.g. qui contrahit matrimonium, per se sibi contrahit; non est procurator nisi hoc aliunde constat

Et hoc probat necessitatem saltem apparentis intentionis: scil. actus aliquis internus vel externus qui facit ut confectio sacramenti sit nomine et persona Xti.

c) ex utraque conclusione antecedente habetur necessitas saltem opinionis Catharini: requiruntur et intentio externa et intentio apparens.

3. Requiritur intentio interna, actus internus voluntatis tendens per media in finem saltem confuse conceptum.

a) Ex longe communiorum theologorum sententia.

b) Ex ratione:

Ex incoherencia sententiae oppositae: sufficit intentio externa.

Non sufficit intentio externa, si intentio externa ~~est~~ non est intentio proprie dicta. Atqui non est.

Intentio est actus voluntatis tendens per media in finem; atqui intentio externa circa mera media versatur; adeo non curat de fine ut ipsum finem explicite non intendat; ergo intentio externa, cum non tendat per media in finem, non proprie est intentio.

13. finem intendere explicite ~~quendam~~

De Intentione Ministri (objectiones, Lennerz §160 ss)

1. Ex S. Augustino R1639 ubi docet valere baptismum in omnibus casibus modo in accipiente non sit simulatio et aliqua fides habeatur.

R. Hoc loco Augustinus proponit opinionem explicite privatam, et simul dat regulam (in contextu ante) sequendum esse toti ecclesiae

Statim post dicit "Ubi autem... totum ludicre etmimice et ioculariter ageretur, utrum approbadus esset baptismus qui ita sic daretur; divinum oraculum-per iudicium per alicuius revelationis oraculum concordi oratione et impensis supplici devotione gemitibus implorandum esse censerem"

Unde concluditur, si deficit intentio, valor dubius Augustino

2. Alexander episcopus Alexandrinus validum habuit baptismum ab Athanasio puer ludendo collatum; atqui pueri ludentes non habent intentionem internam faciendi quod facit ecclesia

Maior probatur ex Rufino, Hist eccl 10 14 M 21 487

R. Athanasius natus anno 295 vel 293; Alexander factus episcopus anno 312, quando Athanasius 19 vel 17 annos habuit; atqui adolescens 17 annorum vel 19 annorum non est puer ludens in littore maris prout a Rufino describitur

Historia Rufini narratur primo anno 402 vel 403; generatim non habetur ut vera

3. Conc Trid asserit sufficere intentionem faciendi quod facit ecclesia; atqui ecclesia nihil facit nisi ritum externum; ergo sufficit intentio externa

R. Illo tempore "quod facit ecclesia" "quod intendit ecclesia" promiscue sine distinctione adhibebantur

Quamvis dici possit ecclesiam non damnasse in C Trid sufficientiam intentionis externae, pariter dici nequit eam approbasse hanc opinionem

4. Innocentius IV dixit "Item non est necesse quod baptizans... gerat in mente facere quod facit ecclesia, sed-tamen immo si contrarium geret in mente, scilicet non facere quod facit ecclesia, sed tamen facit, quia formam servat, nihilominus baptizatus est, dummodo baptizare intendat" Comment in c 2, X, III,.42. Pesch 283 Lennerz 121

R. Forte loquitur de attentione. In contextu clare requirit intentionem eamque internam.

5. Ecclesia namquam inquirit in intentionem internam.

R. Quia intentione interna non requiritur, N. Quia ecclesia non iudicat de actibus internis nisi quantum externe apparent, etc. C

6. Si requiritur intentio interna, nulla certitudo de valore sacramentorum

R. Certitudo physica vel metaphysica C, moralis N

7. Si intentio interna requiritur, non possunt haeretici valide baptizare

R. Possunt invalide propter defectum debitae intentionis C; non possunt valide, inq praevalet intentio faciendi quod Xpus voluit super intentionem non faciendi quod ecclesia romana facit, N

8. Defectus intentionis est improbatas in ministro; atqui improbatas non contra valorem sacramenti; ergo defectus intentionis non contra

R Maior: est tantum improbatas et non etiam omissio elementi essent N
Minor: contra distinguo

Intentio Obicitur Lennerz §170

9. Saltem in matrimonio non requiritur intentio interna

a) Qui contrahunt matrimonium/nesciunt se esse ministros sacramenti seque debere intentionem efformare eamque internam: volunt contractum; volunt id quod fit in ecclesia coram parocho; sed haec non ordinant tamquam media ad finem in effectum sacrum

~~bxx~~ Atqui tales valide contrahunt, secus permulta matrimonia nulla; et si contractus validus, datur sacramentum, scdm principium omnis contractus matr validus inter baptizatos eo ipso est sacramentum

Ergo datur sacramentum sine intentione interna

b) Et confirmatur: supponantur baptizati in prima infantia inter paganos adolescere et numquam de Xto eccl sacr quidquam audivisse; tales possunt matr inire inter se; et non tenentur ad formam, ideoque valide contrahunt; ergo habetur sacramentum sine ulla intentione faciendo quod facit ecclesia

c) Iterum confirmatur: ad sanationem in radice sufficit intentio /ra habitualis in parte nescia sanationis; talis tunc primorum sacramentum ministrum accipit sine intentione actuali vel virtuali circa sacramentum

R. Propter secundam instantiam condedit P Lennerz § 171 non requiri intentionem internam in matrimonio; sicilicet, ibi sufficit intentio externa, ubi ritus externus non potest non esse sacramentum.

Nulos auctores citat qui ita rem dirimunt, ideoque aliter responderemus.

R₂. In omnibus casibus adest intentio actualis vel virtualis relate ad contractum matrimoniale, et quidem intentio non solum externa, ponendi tales actus externos, sed etiam interna circa effectus istorum actuum.

Nam quod dicitur de sanatione in radice, pars nescia habet intentionem virtualem, quatenus perseverat eius voluntas circa matrimonium et influat actualiter in actus suos.

In omnibus casibus habetur intentio externa relate ad sacramentum: id ipsum volitur quod est sacramentum, quamvis non explicite volitur praecise ut sacramentum est.

In primo casu et tertio adest intentio interna confusa: aliquomodo apprehendunt id quod faciunt ut sacrum quid; audiverunt matrimonium esse sacramentum -- at etiam confusa intentio deesse videtur in iis qui numquam de Xto eccl sacr quidquam audiverunt.

Attamen etiam in isto secundo casu adest implicite intentio interna: volunt contractum cum omnibus suis consectariis; atqui inter consectaria sunt consectaria sacramenti.

Admittimus ergo cum P Lennerz deesse intentionem confusam eo sensu quo Saracenus baptizans confuse vult illud sacrum quod petens intendit; Saracenus explicite intendit obiectum confuse apprehensum quod est finis sacramenti; sed pagani contrahentes non explicite intendunt obiectum confuse apprehensum ut sacrum, sed implicite intendunt sacramentum intendendo id quod haberri nequit sine sacramento.

10. Signa sunt signa independenter ab intentione huius vel illius confectoris signorum; atqui sacramenta sunt signa

Signa speculativa, C; practica, pendet a lege qua reguntur -- ex testamentum est signum practicum, at nihil valet si probatur quod testator non erat sui compos

Supplementum: De sacramentis in Genesio, e H. Lennerz §§174-261.

Thesis: Valor sacramentorum N.L. neque a fide neque a probitate ministri per se dependet.

Valor sacramenti: sacramentum re vera conficitur; hic valor distinguitur a liceitate administrationis vel petitionis et a fructuositate receptionis sacramenti.

Fides: virtus supernaturalis qua quis firmiter assentitur veritatibus revelatis propter auctoritatem Dei revelantis.

Probitas: status gratiae

Dependet: scilicet valor non requirit ut minister sit membrum ecclesiae catholicae; potest esse schismaticus, haereticus, iudeus; fieri potest ut nihil praeius prorsus credat, ut peccata enormia commiserit neque paenitentiam egerit.

Per se: defectus fidei vel probitatis qua talis non impedit valorem sacramenti; per accidens tamen potest, si, v.g., falsa fides vel infidelitas vitiat intentionem requisitam, si improbitas consistit in omissione elementi essentialis in sacramento, si ecclesia ligat potestatem ministri propter defectum ~~modicorum~~ probitatis, uti in aliquibus censuris et impedimentis dirimentibus.

Nota: a) non pendet a probitate, De fide definita, DB 855; nam
b) non pendet a fide, quoad baptismum ab haeretico collatum,
de fide definita, DB 860, quoad alia, Certa omnino doctrina.

Probatur ex praxi ecclesiae:

Si valor sacramentorum N.L. vel a fide ministri vel ab eiusdem probitate ~~de~~ per se dependeret, ecclesiae praxis traditionalis gravissime erravisset atque erraret.

Atqui traditionalis praxis ecclesiae gravissime errare non potest.
Ergo valor sacramentorum N.L. neque a fide neque a probitate ministri per se dependet.

Minor constat; maior probatur ex traditionali agnitione valoris sacramentorum independenter a fide probitate ministri; si enim valor agnosceretur ubi valor deest, gravissimus adasset error.

a) Inde a saeculo XIII, quando de valore cuiuslibet sacramenti quaeritur, de sola materia, forma, ministriique potestate et intentione investigatur; explicite praetermittuntur fides probitasque ministri; videsis DB 424 486 488 545 584 672 695 696 855 860 902 920 1848 1963-66.

b) Inde a temporibus antiquissimis, et in primis in ecclesia romana, agnitus est valor baptismi et ordinis extra ecclesiam vel ab improbo collatorum; neque constat confirmationem esse iteratam propter defectum fidei vel probitatis in ministro. Haec sequenti conspectu historico stabiliuntur.

I. Circa baptismum.

a) Exstetit praxis non rebaptizandi eos quix extra ecclesiam erant baptizati.

Stephanus Papa, DB 46, 47.

Dionysius Alexandrinus ep., qui ipse non rebaptizabat, epistolis Romae intercessit ne excommunicationem a Stephano minatam contra varias ecclesias orientales ferretur. Eusebius, Hist. eccl., VII, 1 - 9, CSEL 9², 636-48. (obit Dionysius ante annum 265).

b) Dum non-rebaptizantes traditioni inhaerunt (vid. sup.), rebaptizantes ad argumenta et synodos confugerunt.

Tertullianus (De bapt. 15, R 308) arguit ex Eph. 4: 4-6 et, montanista factus, montanistas rebaptizare testatur (De pudicitia, 19, ML 2, 1018).

Circa annum 220 synodus episcoporum Africae et Numidiae sub Agrippino ep. Carthaginensi convocata statuit rebaptizandum esse. Cyprianus, epist. 71, 4; 73, 3; R 592a.

Eodem fere tempore Iconii in Asia Minore ep. synodus convocata idem statuit, uti testatur Firmilianus Caesariensis qui huic synodo interfuit, Cypr. epist. 75, 19.

Sub Cypriano ep. Carthaginensi triplex synodus idem statuit: 33 ep. anno 255, 71 ep. anno 256, 87 ep. anno 256 mense sept. Cypr. Epist. 70 et 73, 1; R 593.

Quamvis sententiam suam a crimine novitatis defendere conetur (R 591), Cyprianus aperte fatetur argumentis et non traditione rem esse dirimendam: "non est autem de consuetudine praescribendum sed ratione vincendum" R 592a. Arguit autem ex unitate ecclesiae, ex falsitate interrogationum ab haereticis baptizantibus positarum, ex eo quod haereticci Spiritum sanctum non habent ideoque dare non possunt. Vide epist. 69: 2, 3, 7, 8, 10, 11.

In ipsa Africa non defuit qui rebaptismum repudiaret, uti constat libro "De rebaptismate" cuius auctor ignotus communius censetur africanus et Cypriano coaevus. Invenitur ML 3, 1195.

Verum est Firmilianum Caesariensem ep. ad traditionem quam immemorialem dicit provocare (Cypr. epist. 75, 19); agnoscit tamen hanc praxin non universalem apud Asiaticos et synodum esse convocatam ad uniformitatem inducendam; ceterum, praevalet auctoritas traditionis romanae.

c) Haec praxis traditonalis pedetentim ad plenam, claram, et universalem veritatis agnitionem duxit.¹

Obstabant defectus definitionum et distinctionum in re sacramentaria; et forsitan influxerit timor ne peius sequeretur si principia a Stephano posita urgerentur (Chapman, Cath. Encyc., art. "Cyprian"). Facta principalia sunt sequentia.

1) Conc. Arelatense, anno 314, DB 53. Saltem africani concesserunt non omnes rebaptizare qui ab haereticis baptizati fuissent. Longe probabilius "symbolum" non denotat formulam verborum in baptismo usurpatam: de se enim symbolum est fidei professio; et praeterea, controversiae istius temporis presupponunt ritum baptismi rite peractum.

2) Conc. Nicaenum, DB 55. Quidquid sit ista kheirothesia, ~~nam~~ nihil dicitur de rebaptismo Catharorum.

3) Conc. Nicaenum, DB 56. Quaeritur cur baptismus Paulanistarum habitus sit invalidus.

a' Innocentius I explicavit quod non nomine Trinitatis fuit collatus, DB 97. Non statim sequitur agi de formula verborum in sacramento usurpata: cf. in nomine Xti, DB 94. At probabilius est Innocentium de formula loqui; ita Augustinus ML 42, 34.

b' Attamen testatur coaevus Athanasius Paulanistas adhibere eamdem formulam ac Catholicci, Orat. cont. Arianos 2, MG 26, 238.

c' Quoad modum baptizandi Paulanistarum, praevalere videtur testimonium Athanasii. Rem explicare conatur Lennerz (§191) ex eo quod Paulanistarum intentio per falsam fidem trinitariam erat corrupta.

4) S. Athanasias non videtur agnovisse valorem baptismi ab Arianis collati. Vide MG 26, 235s, 597s; Lennerz §192; Pesch §240 fin.

Pesch asserit Athanasium non negare nisi efficaciam gratiae; at Athanasius dixit: "... baptismus quem illi dare putantur, a vero baptismo aliis est, etiamsi nomen Patris et Filii ut praecipit scriptura proferre assimulent. Non enim qui dicit, Domine, ille etiam dat, sed is tantum qui cum nomine rectam quoque habet fidem. Ea de causa Salvator non solum baptizare iussit, sed primum ait: Docete, et deinde baptizate in nomine P et F et SpS, ut ex doctrina oriretur recta fides, et cum fide baptismo initiaremur" MG 26, 235s.

Ex se haec haud sunt decisiva, sed ulterius Pesch appellat ad synodum Alexandrinam, anno 362, de receptione Arianorum sine rebaptismo; Lennerz vero refert ad Ernst (Die Ketzertaufangelegenheit, p. 81) qui negat hanc synodum agnovisse validatatem baptismi Arianorum.

5) S. Cyrillus Hierosolymitanus, MG 33, 346 cf. 924ss, ubi similis difficultas invenitur.

6) S. Basilius errasse inter auctores constat; MG 32, 663 (vide R 919; Pesch §249, Lennerz §193). Basilius increpavit Dionysium Alexandrinum eo quod non rebaptizavit.

7) Const. Apost. 6, 15 (Funk 337) et Canones Apost. 46, 47, 68 (Funk 579, 585) negant valorem baptismi et (can 68) ordinis ab haereticis collatorum; repreäsentant mentem ecclesiae Syriacae versus finem saec. IV.

8) Conc. Laodicenum, inter annum 343 et 381, can. 7 et 8, Msi 2, 565; distinxit inter haereticos; Novatianos et Tессарадекатитас ~~xxxx~~ non esse rebaptizandos; Phryges rebaptizandos.

9) Dictum conc. Constantinopolitanum Ium (documentum e medio saec. V) Msi 3, 563, can. 7; distinxit inter haereticos; Arianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novatianos, Tессарадекатитас, Tetraditas, Apollinaristas non esse rebaptizandos; sed Eunomianos qui in unam demersionem baptizantur, et Montanistas qui dicuntur Phryges, et Sabellianos qui dicunt eumdem esse Patrem et Filium, et omnes alias haereses... post longam instructionem et probationem esse rebaptizandos.

10) Gregorius Nazianzenus, Orat. 40, nr. 26, MG 36, 395, dixit valorem baptismi non pendere a dignitate ministri dummodo veram fidem habeat; necessitas verae fidei forte ad liceitatem.

- 11) S. Ioannes Chrysostomus (R 1169, 1189) docuit valorem non pendere a probitate ministri.
- 12) S. Epiphanius (MG 42, 807 cf 638) vituperat eos qui Arianos rebaptizant.
- 13) S. Ambrosius (R 1281) videtur asserere valorem sacramenti pendere non a nominibus prolati sed a fide habita.
- 14) S. Hieronymus (R 1360) ?
- 15) Siricius Papa, DB 88, non oportere rebaptizare Arianos.
- 16) Conc. Arelatense II, anno 452, can. 16, 17, Msi 7, 880; distinxit Paulanistas rebaptizandos non autem Bonosiacos neque Arianos si interrogati toto corde fidem nostram confessi sunt.
- 17) Optatus Milevitanus, ML 11, 906s et 961, affirmat haereticos esse rebaptizandos non vero schismaticos.
- 18) Post Donatistas ab Augustino refutatos (R 1621, 1623-26, 1628, 1638, 1810) exstat praeclara testimoniorum series. Fulgentius (R 2269) Innocentius I (DB 94, 97) Anastasius II (DB 169) Pelagius I (DB 229: in nomine Xti non valet) Gregorius Magnus (DB 249) Zacharias (DB 297 et a) Nicolaus I (DB 334a, 335: valet in nomine Xti uti apud actus Apostolorum). Quibus documentis manifestatur universaliter stabilita praxis iam pridem a Stephano declarata: "a quacumque haeresi venient ad vos, nihil innovetur nisi quod traditum est" et "quicumque et ubicumque in nomine Christi baptizatus fuerit, consequatur statim gratiam Christi."

II. Circa confirmationem.

valeat

Cum fieri possit ut propter specialem suam necessitatem baptismus // valeat independenter a fide ministri, etiam de aliis sacramentis est inquirendum. Iam vero factum est ut per ritum confirmationi simillimum vel identicum, reconciliati ad ecclesiam receperint Spiritum sanctum. Haec praxis sic a S. Gregorio Magno describitur: "Arianos per manus impositionem Occidens, per unctionem sancti chrismatis... Oriens reformat." ML 77, 1205s (DB 249 haec verba omittit).

~~Documenta hanc praxin exhibentia sunt fere:~~

~~Stephanus Papa, "manus illis imponatur in paenitentiam" DB 46.~~

~~Conc. Arelatense, "manus ei tantum imponatur ut accipiat SpSm" DB 53.~~

~~Conc. Nicaenum, "manus impositionem accipientes" modo non agatur de iteratione ordinis, DB 55.~~

~~Siricius Papa, "per invocationem solam septiformis Spiritus episcopalis manus impositione" DB 88.~~

~~Innocentius I, "per manus tantum impositionem" DB 97.~~

~~Leo Magnus, "per paenitentiae remedium et per impositionem episcopalis manus" "soia Invocatione SpSi per impositionem manus confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt"~~

~~"soia sanctificatio SpSi invocanda est" ML 54, 1158.~~

- a) Inter documenta quae hanc praxin exhibent enumerantur:
- 1) Stephanus Papa, DB 46, "manus illis imponatur in paenitentiam."
 - 2) Conc. Arelatense, DB 53, "manus ei tantum imponatur ut accipiat Spiritum sanctum."
 - 3) Conc. Nicaenum, DB 55, "manus impositionem accipientes" modo non agatur de iteratione ordinationis.
 - 4) Siricius Papa, DB 88, "per invocationem solam septiformis Spiritus episcopalnis manus impositione."
 - 5) Innocentius I, DB 97, "per manus tantum impositionem".
 - 6) Leo Magnus, ML 54, 1138, "per paenitentiae remedium et per impositionem episcopalnis manus" "sola invocatione Spiritus sancti per impositionem manus confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt" "sola sanctificatio Spiritus sancti invocanda est."
 - 7) Conc. Laodicenum, can. 7, Msi 2, 565, "sancto chrismate ~~inueni~~ inunctos."
 - 8) S. Basilius, MG 32, 670, "ungantur coram fidelibus."
 - 9) Dictum conc. Constantinopolitanum Im, can 7, "et signatos sive unctos primum sancto chrismate et frontem et oculos et nares et os et aures. Et eos signantes dicens dicimus: X Signaculum doni Spiritus sancti."
 - 10) Timotheus ep. Constantinopolitanus, MG 86, 14 cf. 33, distinguit tres classes redeuntium ad ecclesiam: 1) qui baptismo indigent; 2) qui non baptizantur sed unguntur; 3) qui negant baptizantur neque unguntur sed solum haeresin anathematizant.
 - 11) Theodorus Studita, MG 99, 1051, easdem tres classes enumerat; qui ad secundam pertinent "unguntur sacro chrismate."
 - 12) Euchologium Patriarchale, edit. Goar, Rituale Graecorum, p. 884, "et ungit eum chrismate sicut et recens illuminatos eamdem enuntiationem super eum faciens."

b) Ad quaestionem, Utrum hic ritus sit confirmatio, auctores non concordant. Secundum P. Galtier [Absolution ou Confirmation, RSR 5 (1914) 201-35, 339-94, 507-44; etiam vide eiusdem, L'imposition des mains, DTC 7, 1397-1408; Coppens, L'imposition des mains, Wetteren et Paris 1927, pp. 387-92; d'Ales, De baptismo et confirmatione, Paris 1927, p. 218 ss.] ita sentiunt auctores:

Est confirmatio: Maldonat, Morin, Witasse, Quesnel, Routh, Probst, Duchesne, Mattes, Hefele (la edit. Conciliengeschichte), Bareille, Vacant, Saltet, Pourrat.

Non est confirmatio: Bellarmino, Arcudius, Goar, Coustant, Maran, Ballerini, Noel Alexander, Tournely, Drouven, Schane Schwane, Dölger. Adde ipsum Galtier, d'Ales, Joyce. Lennerz negat probatum esse hunc ritum fuisse confirmationem.

c) Ad solutionem quaestioneis haec sunt notanda:

1) Nihil concludi potest ex eo quod ritus erat in collationem Spiritus sancti: confārtur enim Spiritus sanctus in omni iustificatione.

2) Maximi momenti est sensus ritus et finis intentus. Multis indiciis ostendit Galtier finem in ecclesia romana et africana intentum fuisse collationem Spiritus sancti ad mundationem et sanctificationem. Qui finis non est confirmationis (sacramentum corroborationis in ~~a~~ fide) sed potius paenitentiae.

3) Idem erat finis in ecclesia orientali, scilicet, mundatio haeretici conversi, quamvis hic non tam clare appareat ac in ecclesia romana et africana.

4) Propter maximam similitudinem ritus orientalis cum unctione post-baptismali (immo rituale a Goar editum praeceps hanc unctionem praescripsit), plures auctores (Arcudius, Coustant, Dölger) hunc orientalem ritum confirmationem fuisse agnoscent.

Iam vero aut haeretici baptizantes confirmationem omiserunt, id quod exceptis Novatianis omni fundamento caret, aut haereticorum baptismus validus et confārmatio invalida est habita, et hoc valde videtur inverisimile: nam in antiqua ecclesia tam intima erat unio coniunctioque inter ipsum baptismum et unctionem post-baptismalem ut, qui baptismum ~~ea~~ validum duxisset, eo ipso totum ritum, et ablutionem scilicet et unctionem validas haberet. Ita Lennerz §214.

5) Saltem dicere possumus: Nondum demonstratum est confirmationem iteratam fuisse. Et in primis hoc valet de ecclesia romana.

III. Circa ordinationem.

Hanc rem tractaverunt: S. Many, Praelectiones de sacra ordinatione, Paris 1905, pp. 57 ss.; Saltet, Les réordinations, Paris 1907; Kern, Zeit. f. kath. Theol. 31 (1907) 507-15; multa documenta exhibet Lennerz, §§215-45. ~~Citantur hinc auctores per sigla M, S, K, L.~~

a) A temporibus antiquissimis exstant agnitiones valoris ordinationum extra ecclesiam peractarum. Attamen obscurationes doctrinae et praxeos deviationes non desunt. Etiam Romae reordinationes esse factas constat, quamvis ~~etiam~~ hic error practicus re vera fuerit prorsus exceptionalis.

1) Conc. Nicaenum, can. 8, DB 55, de receptione clericorum Catharorum; quaeritur utrum ista "kheirothesia" fuerit ritus receptionis in ecclesia an reordinatio.

De se, "kheirothesia" seu manus impositio est ritus receptionis; ordinatio nominabatur "kheirotonia" seu manus extensio. Accedit quod eodem modo canone, etiam canone 18 (DB 56), ordinatio nominatur "kheirotonia."

At triplex manet difficultas: Theophilus Alexandrinus hunc canonem intellexit de praecepta reordinatione (legit "kheirotonia"); dictum conc. Constantinopolitanum eodem modo conc. Nicaenum intellexit; et varia sunt facta historica quae difficile componi possunt cum clara rei determinatione in conc. Nicaeno.

Unde testimonium incertum habemus.

2) Conc. Nicaenum, epist. synodalis ad Aegyptios, MG 67, 80, de Miletio quodam ep. et de iis ab eo ordinatis. Epistula praecepit ut Miletius reciperetur modo in sua civitate maneret sine potestate eligendi vel manus imponendi cum nudo honoris sui nomine; "i qui ab ipso constituti sunt, sanctiore ordinatione confirmati (mustikotera kheirotonia bebaiothentes) ad communionem admittantur, ealege ut honorem suum et ministerium retineant, secundo tamen semper loco sint ab iis qui... versantur a carissimo collega nostro Alexando prius ordinati."

De se "mustikotera kheirotonia" est reordinationio. Attamen Saltet (p. 38) ex multis locis S. Athanasii demonstrat conc. Nicaenum ordinationes a Miletio habitas non considerasse nullas.

Res ergo est ^{ad} incerta.

3) Theophilus patr. Alexandrinus canonem 8 conc. Nicaeni intellexit de paecepta reordinatione. Lenn. §217.

4) Canones Apost. 68, Funk 585, negant valorem ordinis ab haereticis collati.

5) Augustinus docuit valere ordines extra ecclesiam collatos. R 1617, 1620; ML 43: 70, 72, 473, 691.

6) Innocentius I, Epist. 20, nr. 4, ML 20, 549, non vult clerum Arianum in dignitate clericali receptum (id quod facile componitur cum valore istorum ordinum; vide Augustinum ML 43, 474); praeterea minime negat explicite ~~non~~ valere ordines Arianorum; attamen ea dicit quae quae incautum lectorem, forte etiam et cautum, in errorem ducere possint, et de facto scholasticos maxime perplexerint (e.g. Lombardum, 4 d. 25, c. 1). Verba Innocentii sunt:

"quibus (Arianis) solum baptismus ratum esse permittimus, quod utique in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti perficitur, nec Spiritum sanctum eos habere ex illo baptismo illisque mysteriis arbitramur: quoniam cum a fide catholica eorum auctores desciscerent, perfectionem Spiritus quam acceperant amiserunt. Nec dare eius plenitudinem possunt, quae maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suae perfidiam potius quam fidem dixerim, perdiderunt."

Prima facie sensus est: valet baptismus Arianorum qui tamen fructuosus non est; Aiani non habent Spiritum sanctum et multo minus plenitudinem Spiritus quae in ordine confertur; nemo dat quod non habet, ideoque ordinationes Arianorum sunt invalidae.

Obstant tamen tum quod "baptismus ratum" forte non solum valorem sed etiam effectus iuridicos baptismi dicit, tum etiam quod doctrina ecclesiae latinae eo tempore valde clara erat. Lennerz credit fere impossibile esse Innocentium errasse, et quidem dici potest ~~et~~ ad veritatem tuendam argumenta minus accurata Innocentius addibuisse.

7) Leo Magnus, ML 54: 653, 708, agnoscit valorem ordinum tum Donatistarum tum Pelagianorum.

8) Anastasius II, MsI 8, 190, agnoscit valorem ordinum ab Acacio quodam collatorum. DB 169.

9) In epist. Theophili Alexandrini narratur Ambrosius in suum clerum recepisse ordinatos ab Auxentio episcopo Ariano. Saltet p. 46, 72.

10) Pelagius I (556-61) negat valorem ordinum collatorum a Paulino quodam qui iniuste munus episcopale obtinuit (Saltet p. 79).

Idem negat schismaticos habere sacrificium, valide consecrare: "Non est corpus Christi, quod schismaticus conficit." ML 69, 412; Saltet, p. 80.

Attamen alio textu idem Pelagius agnoscit valorem tum ordinis tum Eucharistiae extra ecclesiam, Saltet, p. 83.

Reconciliatio forte ex vehementi voluntate schismata impediendi et etiam modo loquendi inaccurato.

11) Gregorius Magnus, DB 249, valent ordines haereticorum.

12) Ioannes Scholasticus patr. Constantinopolitanus (565-77) clerros monophysitas reordinavit, Saltet, p. 52 ss.

13) Unde graecus quidam Theodorus, legatus S. Sedis in Angliam missus, episcopum Ceaddam a Brittonibus ordinatum, reordinare fecit.

Praeterea, in libris paenitentialibus praescripsit Theodorus, can. 1, "Si quis ab haereticis ordinatus fuerit, iterum debet ordinari." Saltet, pp. 85-101.

14) Conc. Suessionense, anno 853, Msi 14, 986ss, Saltet p. 125 ss. irritum et vacuum habuit quidquid (praeter baptismum) ~~ab~~ in ordinationibus egerat Ebbo post damnationem suam.

Ebbo, archiep. Remensis, anno 835 condemnatus et depositus erat; nihilominus postea sede iterum Remensi deinde Hildesheimensi potitus erat; mortuus est saltem anno 851.

15) Conc. Lateranense sub Stephano IV (III), anno 769, Saltet p. 104, MGH (conc) 2, 85 s., videtur irritas declarasse ordinationes factas a Constantino qui, demortuo Paulo I, sanctam sedem invaserat, ipse omnes ordines acceperat, postea 8 ep., 8 pres., 4 diac. ordinavit.

De vera reordinatione intelligunt Many (p. 66, 77) et Saltet (p. 101 ss.); de quodam actu restitutionis Kern (p. 511). .

16) Sergius III reordinare iussit quos ordinavit Formosus papa. "De veritate historica harum reordinationum nullum remanere potest dubium, et in hoc consentiunt omnes" Many p. 72; concordant Saltet p. 152, Kern p. 511.

IX

17) Fuisse reordinationes sub Leone/~~XXX~~ (1049-54) testatur S. Petrus Damianus, ML 145, 99.

Ipsum Leonem aliquos reordinasse ex verbis S. Petri (ML 145, 93) eruit Many, p. 73; Saltet p. 184 s. idem censuit, sed in appendice hoc testimonium reliquit p. 408; ab omni macula reordinationis Leo IX liberatur a Kern, p. 513.

18) Urbanus II (1088-99) dicitur reordinasse Daibertum diaconum (ML 161, 1148); nihil clarior esse posset, Many, p. 75.

Iubente Urbano, Poppe archidiaconus est reordinatus, Saltet, p. 238.

Attamen Saltet p. 239 affirmit nullum exsitere testimonium Urbanum iterasse presbyteratum vel episcopatum; praeterea negat (p. 251) ullam conclusionem posse deduci ex canonibus conc. Placentini (anno 1095, Msi 20, 805), nam vox "irritus" in omni contextu non denotat "invalidus" sed tantum "non agnitus" "practice nullus."

Unde ulterius processit Kern: fieri nequit ut Urbanus negarit validitatem diaconatus admiserit validitatem presbyteratus et episcopatus ab haeretico vel schismatico collata; unde concludit aliam explicationem esse querendam circa Daibertum et Popponem.

b) Ex obscuritatibus antecedentibus facile explicantur dubia, difficultates, errores priorum scholasticorum.

1) Saec. XI

S. Petrus Damianus valorem ordinum ab haereticis et simoniacis collatorum defendebat, Saltet p. 184, 408.

Humbertus cardinalis oppositum docuit.

2) Saec. XIII.

Rolandus: non valent ordines ab haeretico collati, si ipse haereticus ab alio haeretico ~~est~~ ordinatus erat, Saltet p. 297 ss. Attamen Rolandus ut Alexander III (1059-81) secundum hanc theoriam non processit.

Omnibene: oppositum docuit, Saltet p. 307 ss.

Schola Bononiensis: potius sententiam Rolandi sequebatur, e.g.

Rufinus: in ecclesia episcopus dat et ipsum ordinem et ordinis virtutem; at episcopus catholicus extra ecclesiam factus eo ipso amittit "vicentiam exsequendi" ideoque quamvis valide ordinet tamen nullam exsequendi potestatem dare potest; qui hanc potestatem numquam accepit (haereticus ab haeretico ordinatus) ne valide quidem ordinare potest, Saltet p. 312 s. Haed ut apud Rolandum. Sed ulterius docuit Rufinus per paenam depositionis ita ligari ordinem ut practice eius potestas sit nulla, Saltet 314.

Ioannes Faventinus, idem docuit, Saltet 315 s., 339.

Gandulphus docuit oppositum: "ordo est ambulatorius," scil., ambulat in infinitum modo secundum formam praescriptam conferatur, Saltet 320 ss.

Haec sententia magis magisque in scholis recipiebatur: ita Huguccio et S. Raymundus de Pennafort, Saltet 336s, 339.

Innocentius IV (In quinque libros decretalium apparatus, Lugduni 1578, p. 22; Saltet p. 340) ex potestate ligandi et solvendi deduxit summum Pontificem, non vero episcopum vel alium, posse statuere impedimenta dirimentia circa omnia sacramenta sicut circa matrimonium.

Lombardus, 4 d. 25, c. 1, quattuor sententias refert, et hoc loco propriam sententiam non exprimit; alibi (d. 13) docet alia sacramenta fieri posse extra ecclesiam, non vero eucharistiam: "illi vero qui excommunicati sunt vel de haeresi manifeste notati, non videntur hoc sacramentum posse confidere, lacet sacerdotes sint."

Idem docuerunt Petrus Pictaviensis et Summa Sententiarum.

(3)

3) Saec. XIV.

Praepositinus, Saltet p. 351, redit ad Augustinum et statuit: haereticus omnia sacramenta et habet et confert, dummodo in forma ecclesiae faciat et potestatem habeat; postestatem habet non solum qui ultimam manus impositionem in ecclesia accepit, sed etiam secundus et tertius et in infinitum.

Gulielmus Altissiodorensis idem docuit

Bonaventura 4 d 25 a 1 q 2 de ordine, 4 d 13 a 1 q 1 de Eucharistia idem docuit.

Aquinas, III q 64 a 5 et 9 ponit doctrinam universalem; in specie de Eucharistia III q 82 a 5, 7, 8; de ordine 4 d 25 q 1 a 2.

Scotus pariter 4 d 13 q 2; 4 d 25 q 1. Subtiliter implicare videtur: si episcopatus est sacramentum, manet in degradato; secus non.

Solvuntur obiectiones quaedam:

1. Ea non est ecclesiae "praxis traditionalis" contra quam docuerunt multi PP. et egerunt multa concilia.

Atqui multi PP. docuerunt multaque concilia egerunt ac si valor sacramentorum penderet a fide ministri. Ergo.

R. Distinguo maiorem: si "praxis traditionalis" intelligitur ea quae semper, ubique, ab omnibus agnita et adhibita fuit, C; si "praxis traditonalis" intelligitur ea quae non argumentis sed praxi inhaerens pedetentim ad plenam difficultatum solutionem universalemque usum pervenit, ~~Nx~~ sub-distinguо: si dicta PP. et acta CC. non possunt explicari per defectum definitionum et distinctionum, C; si possunt ita explicari, N.

Contra-distinguо minorem secundum sub-distinctionem: PP. docuerunt et CC. egerunt ac si aut valor aut fructus sacramentorum impediri posset aliquo modo per falsam fidem, C; per falsam fidem qua talem et prout distinguitur a falsa fide vitiante intentionem vel obstante dispositiones requisitas ad fructuosam receptionem, N. Ut enim patet, hae distinctiones tum temporis non fiebant.

2. Praxis traditonalis quocumque modo intellecta determinatur a conciliis oecumenicis.

Atqui conc. Nicaenum non agnovit valorem baptismi Paulanistarum propter defectum fidei (DB 56). Ergo.

R. Maior conceditur. Ad minorem: tria praenoto 1) historice non constat cur baptismus Paulanistarum invalidus sit habitus, 2) neque constat utrum canones disciplinares conc. Nicaeni umquam ~~xxx~~ a Sancta Sede approbati fuerint, 3) sed si hi canones approbati erant, tunc certo sunt intelligendi eo sensu quo Innocentius I eos intellexit et authentice declaravit (DB 97). Unde

Dist. Min. Conc. Nicaenum eo sensu quo approbatum a Sancta Sede non agnovit valorem baptismi Paulanistarum propter defectum fidei, N; propter defectum formae, C; vide DB 97.

3. Atqui ipse Innocentius negavit valorem ordinationum Arianorum.

R. Hoc explicite ab Innocentio affirmatur, N; hoc deducitur ex rationibus ab Innocentio allatis ut suaderet ne clerus Arianus cum dignitate clericali in ecclesiam reciperetur, sub-distinguо: legitime, N; illegitime, C.

Explico cur talis deductio sit illegitima: rationes ab Innocentio allatae sunt intelligendae secundum scopum finis ab eo intenti, nempe, ne clerus Arianus cum dignitate clericali in ecclesiam reciperetur; unde non agitur de valore ordinum sed per se de disciplina ecclesiastica; praeterea, quantum ad ipsa argumenta ab Innocentio allata, hoc est notandum atque tenendum: quod deduci potest e documento conscripto post invectas claras definitiones et distinctiones, idem non potest deduci e simillimo documento conscripto ante intentionem distinctionum et definitionum; nam interpretatio facienda est secundum mentem auctoris et nos non possumus legitime deducere quod ipse auctor non potuit.

4. Ipsi Romani Pontifices reordinaverunt.

R. Error doctrinalis, N; practicus, sub-dist.: frequens, N; rarissimus, C. De solo Sergio reordinante non dubitant periti. Vide supra.

Tertullianus

De baptismo, 15, R308; arguit ex Eph 4 4-6, non valet bapt haereticorum
De pudicitia, 19, ML 2 1018; montanistae rebaptizant

Circa annum 220

Synodus episcoporum Africæ et Numidiae sub Agrippino ep Carthaginensi statuit rebaptizandos esse qui ab haereticis baptizati sunt; ex epistulis Cypriani 71 4; 73 3; R592a

Synodus Iconii in Asia Minor, cui intererat Firmilianus, idem statuit uti testatur Firmilianus, epistula ad Cyprianum, inter ep Cypr 75 19

Cyprianus epistulae 69-75 R589-600

Arguit contra valorem baptismi ab haeretico collati

- a) haereticus non est in ecclesia; ecclesia sola habet aquam vitam
ep 69 n 2 3
b) nihil refert quod Novatiani easdem interrogations ponunt; mentiuntur enim interrogatione, quippe qui de ecclesia loquantur et ecclesiam non habeant ep 69 n 7 8
c) non sibi constat sententia opposita: ex Io 20 21, soli qui SpSm habent, possunt remittere peccata; haeretici non habent SpS ep 69 n 10 1:

Interfuit implici synodo Carthaginensi, 33 episcoporum anno 255, 71 episcoporum anno 256; utraque synodus statuit rebaptizandos esse qui ab haereticis sunt baptizati; negant hoc esse rebaptismum vide ep 70 et 73 1 R 593 -- similiter tertia synodus, sept 256, 87 episcop

Trahit se non traditione sed ratione haustam doctrinam proferre

a) R591 defendit sententiam suam a crimine novitatis

b) R592a(71 3) non est autem de consuetudine praescribendum sed ratione vincendum; deinde (71 4) appellat ad synodus sub Agrippino habitam ante 25 annos.

Noluit aliis imponere legem; unusquisque praepositus rationem reddet Domino; ep 72; attamen haud dici potest Cyprianum rem habuisse tamquam mere disciplinarem, cum argumenta sua sunt dogmatica

In Africa "De rebaptizante" defudit valorum baptismi haereticorum. Causa non temporis Stephanus

Negat rebaptizandum esse DB 46 47

Cypriani Ernst 2f KTh 1917, 164-75, 450-71
U. integra libri doctrina disputatur
viii Ernst 2f KTh 1900 425-462
Koch, Die Tauflehre des Libri de Rebaptizante, Braunschweig

Dionysius Alexandrinus

Non rebaptizat; multas ecclesias praeter africam rebaptizare testatur Kirch 3E3 f; Basilius MG 32 663 R919 — Dionysius intercasit apud Stephanum ne anaesthesia contra Africanos minata fulminaret.

Firmilianus Caesariensis rebaptizabat inter ep Cypr 75; praxis dicitur "immemorialis"

CONC Arelatense anno 314 DB 53

De "symbolo" quid sit disputatur: alii praesumunt formam baptismi; alii tenent symbolum esse fidei professionem quia a) symbolum illo tempore non adhibebatur pro formula verborum in sacr., et b) disputationes illius temporis semper praesupponebant ritum rite perfectum; et haec est sententia probabilior, scilicet, concessio facta est "mori africano,

De "impositione manuum" disputatur: alii praesumunt confirmationem; alii argunt pro paenitentiae sacramento — Joyce pp 53-56 -- donum SpSi est donum gratiae scdm modum loquendi illius temporis -- difficilior est hanc quaestionem remittimus ad tractatum de confirmatione et paenitentia

qui entea omnes
rebaptizabant

CONC Nicaenum, DB 55, de Catharis receptis in clero

Quaeritur de ista kheirothesia, manus impositione; notantur
a) ordo fit manuum impositione

b) regulariter denotatur nomine kheirotonia electio, manus extensio
et ita quidem hoc canone ordo denotatur; vide etiam DB 56

c) attamen Theophilus Alexandrinus de hoc canone tractans loco
kheirothesia ponit kheirotonia, ideoque reordinationem intellexit

d) adest eadem explicatio in canone 7 spurio conc Constantinopolitani
e med saec V

e) clara decisio conc Nicaeni de catharis haud componi potest cum
praxi aliquibus locis vigente post concilium

f) unde res non est certa

Conc Nicaenum, DB 56, de Paulanistis

Quaeritur cur baptismus Paulanistarum invalidus sit habitus

a) Innocentius I, epist ad Rufum, DB 97: non statim constat agit
de formula trinitaria in baptismo, nam vide DB 94 "in nomine Christi"

b) Lennerz censem probabilius de formula Innocentium loqui

c) Ex isto canone Augustinus ML 42 34 concludit Paulanistas rectam
formulam non adhibuisse

d) Attamen coaevus Athanasius testatur Paulanistas adhibuisse eamdem
formulam ac Catholicorum [Orat 2 cont Arianos, MG 26 238]

e) Praevalere videtur testimonium Athanasii quoad factum; at quamvis
Paulanistarum baptismus corrumpitur errore trinitario, non tamen
sequitur fidem et non intentionem ministri fuisse causam invaliditatis;
ita Lennerz §191, quod haud videtur explicatio historica sed potius
extricatio theologica

Athanasius non videtur agnoscisse validatem baptismi Arianorum

quamvis verbis trinitariis utebantur MG 26: 235s 597s Lennerz §192;

Pesch §240 fin appellat ad synod Alex 362 AD; Lennerz refert Ernst
Cyrillus Hierosolymitanus similiter MG 33: 346 cf 924ss

Basilius R 919

Athanasius MG 26: 235s 597s; Lennerz §192; Pesch §240 fin

Lennerz asserit Athanasium non videri agnoscere validitatem bapt Arianorum
Pesch dicit Athanasium non negare nisi efficaciam gratiae; at hoc
haud stare posse videtur; nam Athanasius dicit "... baptismus quem illi
dare putantur, a vero baptismo aliis est, etiamsi nomen Patris et Filii,
ut praecipit Scriptura proferre assimulent. Non enim qui dicit, Domine,
ille etiam dat, sed is tantum, qui cum nomine reditam quoque habet fidem.
Ea de causa Salvator non solum baptizare iussit, sed primum ait:

Docete, et deinde baptizate in nomine P et F et SpS, ut ex doctrina
oriretur recta fides, et cum fide baptismo initiaremur" p 235s

Pesch appellat ad syndrum Alex, anno 362, de receptione Arianorum
sine rebaptismo; Lennerz refert ad Ernst, Die Ketzeraufangelegenheit, p 81
qui negat hanc synodus agnoscisse validatem baptismi Arianorum

Cyrillus Hierosolymitanus MG 33: 346 cf 924ss; similiter sentiisse videtur

Basilius MG 32 663 R919 Pesch §249 Lennerz §193

Admittitur error a Pesch Lennerz, Joyce — Attaen Basilius alteratus praxim
contrarium Dionysii Alexandrinii

Const Apostolorum 6,15 Funk 337; Canones Apost 46, 47, 68 (Funk 579 585)

Negant valorem baptismi et (can 68) ordinis ab haereticis collati

Mentem eccl Syriae saec IV ad fin repraesentant (Joyce)

De Fide et Probitate Ministri (Consp histor, Lennerz §§195ss)

Conc Laodicenum, inter 343 et 381, Msi 2 565, canones 7 et 8

Inter varios haereticos distinguit: Novatianos et Tессаradекатitas sine baptismo inunctos chrismate communicare; Phуyges baptizari

Dictum conc Constantinopolitantum Im, e med saec V, Msi 3 563 (praxis orier talis manifestatur) canon 7

Distinxti inter haereticos: Arianos, Macedonianos, Sabbatianos, Novati anos (qui se dicunt Catharos et Aristeros) et Tессаradeкатitas et Tетрадитas et Apollinaristas, chrismate inungi in frontem oculos nares os aures cum formula verborum "Signaculum doni SpSi"; sed Eunomianos qui in unam demersionem baptizantur et Montanistas qui dicuntur Phуyges, et Sabellianos qui dicunt eundem esse Patrem et Filium, et omnes alias haereses... post longam instructionem et probationem rebaptizari

Gregorius Nazianzenus, Orat 40 nr 26 MG 36 395

Dicit valorem baptismi independentem a dignitate ministri dummodo habeat veram fidem (quod habeat veram fidem, forte ad liceitatem)

Ioannes Chrysostomus, R 1169, 1189

Valor non pendet a probitate ministri

S Epiphanius, MG 42 807 cf 638

Viduperat eos qui rebaptizant Arianos redouentes ad eccl venientes

S Ambrosius, R 1281

Pendet non a formula verborum sed a vera fide in P F SpS

Hieronymus, R 1360, ?

Siricius, Papa, DB 88, ad Himerium

Non oportere rebaptizare Arianos

Conc Arelatense II, anno 452, can 16 17, Msi 7 880

Paulanistas rebaptizandos, non autem Bonosiacos sicut neque Arianos si interrogati toto corde fidem nostram confessi sunt

Optatus Milevitanae, ML 11 906s 961

Haereticos rebaptizandos, non vero schismaticos

Augustinus, R 1621, 23, 24, 25, 26, 28, 38; 1810

Valet baptismus collatus ab haeretico schismatico improbo

Fulgentius, R 2269, valet si ab haeret schismat

Innocentius I, DB 94, 97; valet

Anastasius II, DB 169, de baptismo et ordine; valent

Pelagius I, DB 229, non valet in nomine Xti, sed in Trinitate

Greg Magnus, ML 77 1205 ss, cf DB 249, de bapt et ordine

DB 297,a Zacharias, l maii 748, ML 89 943, Msi 12 339, Tangl (MEH Epist I nr 80)
In genre valet baptismus schismat haeret improb si in nomine Trin

Nicolaus I, nov 866, Msi 15: 408s 425 432 DB 334a 335

Valet ab improbo vel haeret sive in nomine Trin, sive in nomine Xti uti apud Act Apost.

De Reconfirmatione

Haeretici ad ecclesiam reconciliati per ritum confirmationi simillimum SpSm receperunt. Disputatur utrum confirmationis sacramentum an paenitentiae fuerit.

- Galtier, Absolution ou Confirmation, RSR 5 (1914) 201-35 339-94 507-44
 Imposition des mains, DTC 7, 1397-1408
Saltet, Les reordinationes, Paris 1907
Dölger, Das Sakrament der Firmung historisch-dogmatisch dargestellt,
 Wien 1906
Coppens, L' Imposition des mains, Wetteren Paris 1925, 387-92
d'Alès, De baptismo et confirmatione, Paris 1927, p. 218 ss.
Lennerz, De sacr in gen §§212 ss pp 131 ss (Romae 1928 et 39)

Gregorius Magnus, ML 77 1205s, (DB 249 haec verba omittit)

"Unde Arianos per impositionem manus Occidens, per unctionem vero sancti chrismatis ad ingressum sanctae Ecclesiae Oriens reformat."

Occidentales

Stephanus DB 46 "manus illis imponatur in paenitentiam"
conc Arelatense DB 53 "manus ei tantum imponatur ut accipiat SpSm"
conc Nicaenum DB 55 "impositionem manus accipientes" modo non sit ordo
Siricius DB 88 "per invocationem solam septiformis Spiritus episcopalis
manus impositione" /DB 97
Innocentius I, DB 94 "per manus tantum impositionem" etiam vide contextum
Leo Magnus, ad Nicetam, ML 54 1138 "per paenitentiae remedium et
per impositionem episcopalis manus" % = per virt et sacr paenitentiae
"sola invocatione SpSi per impositionem manuum confirmandi sunt, quia
formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt"
"sola sanctificatio SpSi invocanda est"

Orientales

conc Laodicenmm, can 2, MsI 2 565, "sancto chrismate inunctos"
Basilus, MG 32 670, "ungantur coram fidelibus"
dictum conc Constantinop., can 7, "et signatos sive unctos primum
sancto chrismate et frontem et oculos et nares et os et aures. Et esse
signantes dicimus 'Signaculum doni SpSi'"
Timotheus Constantinopolitanus, MG 86 14 cf 33, distinguit tres
classes 1) qui baptismate indigent 2) qui unguuntur 3) qui neque baptizantur
neque unguuntur sed solum haeresin anathematizant
Theodorus Studita, MG 99 1051, easdem tres classes enumerat; qui ad
secundam pertinent, "unguntur sacro chrismate"
Euchologium Patriarchale, Goar Rituale Graecorum p 884, "et ungit eum
xxxxx chrismate sicut et recens illuminatos eamdem enuntiationem super
eum faciens"

Est confirmatio (citatus apud Galtier) Maldonat, Morin, Witasse, /te)
Quesnel, Routh, Probst, Duchesne, Matthes, Hefele (la edit Conciliengeschicht
Bareille Breille, Vacant, Saltet, Pourrat.
Non est confirmatio: Bellarmino, Arcudius, Goar, Coustant, Maran, Ballerini
Noel Alexander, Tournely, Drouven, Schwane, Dölger, d'Ales, Galtier, adde
Joyce, et (probabilis) Lennerz.

↓ Quod "non probatur quod est confirmatio" #2516

Utrum fuerit confirmatio

- a) Nihil probatur ex eo quod erat ritus "in collationem SpSi" nam in omni iustificatione confertur SpSs.
- b) Multis ostendit Galtier quisnam fuerit sensus finis intentio huius ritus in ecclesia romana et africana, scil., conferre SpSm ut eos mundaret et sanctificaret; atqui talis non est finis confirmationis, quod sacramentum est corroborationis in fide; ergo non erat confirmatio
- c) Quamvis non tam clare appareat ac in ecclesia romana et africana, tamen etiam apud orientales finis erat idem, mundatio haeretici conversi
- d) ~~Propter maximam similitudinem cum rite confirmationis (immo Rituale Goar praescribit ipsum ritum confirmationis) plures admittunt ritum orientalem fuisse confirmationem (Arcudius Coustant Dölger)~~
~~Quia in suppositione aut haeretici non confirmabant (id quod caret omni fundamento, exceptis Novationis) aut confirmatio haereticorum habebatur invalida (id quod est valde inconveniens et contra thesin et praeterea videtur [Lennerz] historice impossibilis)~~
- d) Propter maximam similitudinem cum unctione post-baptismali (immo Rituale a Goar editum praescribit praecise hanc unctionem) plures auctores fatentur confirmationem in rite orientali.
Sed suppositum dicit in conclusiones inverisimiles:
aut enim haeretici confirmationem omiserunt, id quod exceptis Novationis omni fundamento caret
aut haereticorum confirmatio invalida habebatur et baptismus validus, id quod videtur (Lennerz) historice impossibile, cum in antiqua ecclesia tam intima erat unio et coniunctio baptismi et unctionis post-baptismalis ut qui baptismum validum haberet totum ritum scilicet et ablutionem et unctionem validam haberet.

De Reordinationibus

S. Many, De sacra ordinatione, Parisiis 1905, pp 57 ss

Saltet, Les reordinations, Paris 1907

Kern, Zeitschrift f katholische Theologie, 31 (1907) 507-15

1. Conc. Nicaenum, can 8, DB 55; de kheirothesia disputatur uti supra notatur

2. Canc. Nicaenum, Epistula synodalis ad Aegyptios, MG 67 80,
de Miletio et de iis ab eo ordinatis; recipiatur Miletius sed maneat
in sua civitate sine potestate manus imponendi aut eligendi cum
nudo honoris sui nomine; "ii vero qui ab ipso constituti sunt,
sanctiore ordinatione confirmati (mustikotera kheirotonia bebaiothentas)
admix communionem admittantur, ea lege ut honorem suum ac ministerium
retineant, sedundo tamen semper loco sint ab iis omnibus qui..
versantur a carissimo collega nostro Alexandro prius ordinati"

De se mustikotera kheirotonia est reordinatio; attamen demonstrat
Saltet (p 38) ex multis locis S Athanasii Conc Nicaenum ordinationes
a Miletio habitas non considerasse nullas.

Unde nullum argumentum.

3. Theophilus patriarcha Alexandrinus canonem 8 conc Nicaeni
intellexit tamquam praeceptum reordinationis Novationorum Lenn §217

4. Canones Apostolorum 68, Funk 585: negat valorem ordinationis
ab haereticis collatae

5. Augustinus, valorem docuit: ML 43 70 72 473 691; R 1617 1620

6. Innocentius I, Epist 20 nr 4, ML 20 549

Non vult clerum Arianorum receptum in dignitate clericali: de
se hoc minime probat eum non agnosuisse valorem ordinationis cf ML 43 474

Explicite non negat valorem ordinum Arianorum, sed ea dicit
quae incautum, immo forte an caustum, in talem conclusionem duxissent

"quibus solum baptismum ratum esse permittimus, quod utique in
nomine P et F et SpSi perficitur, nec SpSm eos habere ex illo
baptismate illisque mysteriis arbitramur: quoniam cum a fide catholica
eorum auctores discederent desciscerent, perfectionem Sp quam
acceperant amiserunt. Nec dare eius plenitudinem possunt, quae maxime
in ordinationibus operatur, quam per impietatis suaee perfidiam potius
quam fidem dixerim, perdiderunt."

Lennerz notat "baptisma ratum" scilicet quoad valorem atque
effectus iuridicos; ordinem non valere Innocentio fere impossibile
Lennerz credit quia doctrina tunc temporis in eccl latina valde
clara; equidem dicere Innocentium non distinxisse inter validum
ordinem et fructuosum quo confertur SpSs, neque adhuc inveni claram
notionem validitatis eo tempore viguisse, cum omnia sacramenta ab
haereticis collata infructuosa aestimabantur.

7. Leo Magnus ML 54: 653 708 agnoscit valorem ordinum Donatistarum
et Pelagianorum

8. Anastasius II, Msi 8 190 DB 169; agnoscit valorem ordinum ab
Acacio collatorum

9. Ambrosius narratur in suum clerum recepisse ordinatos ab
Auxentio episcopo ariano; Saltet p 46 72; in epist Theophili Alexandrini

De reordinationibus

- qui/
10. Pelagius I (556-61) negat valorem ordinum collatorum a Paulino quodam/iniuste munus episcopale obtinuit: is non consecratus sed exsecratus erat. Saltet p 79
Idem negat schismaticos habere sacrificium vel valide consecrare:
"Non est corpus Christi, quod schismaticus conficit. ML 69 412 Saltet 80
XAttamen alio textu idem Pelagius agnoscit valorem tum ordinis tum Eucharistiae extra ecclesiam; Saltet p 83; reconciliatio forte ex animo Pelagii impediendi schismata et ex modo inaccurato loquendi.
11. Greg M, DB 249, valent ordines haereticorum
12. Ioannes Scholasticus patriarcha Constantinopolitanus (565-77) clerros monophysitas reordinavit Saltet p 52 ss
13. Unde graecus Theodorum, legatus S Pont in angliam missus, episcopum Ceaddam a Brittonibus ordinatum, reordinare fecit.
Praeterea praescriptis in libris paenitentialibus, Canon 1, /101 "Si quis ab haereticis fuerit ordinatus, iterum debet ordinari" Saltet 85-
13. Conc. Suessionense, anno 853, Msi 14 # 986ss, Saltet p 125 ss
Ebbo, archiep Remensis, anno 835 condemnatus et depositus erat; attamen postea primo sede Remensi deinde sede Hildesheimensi potitus erat; mortuus anno 851 saltem.
Concilium habuit irritum et vacuum quidquid ab Ebbo in ordinationibus egerat post damnationem suam, praeter baptismum ab eo collatum /104
14. Sub Stephano IV (III) conc Lateranense (769), MGH, Conc, 2 85f, Salte videtur irritas declassez ordinationes factas a Constantino qui, demortuo Paulo I, sanctam sedem invaserat, omnes ordines ipse acceperat, et 8 ep, 8 pres, 4 diac, ordinavit.
De vera reordinatione intelligunt Many (p 66 77) Saltet (p101ss), de actu restitutionis Kern (p511).
15. Sergius III reordinare iussit quos ordinavit Formosus papa. Many "de veritate historica harum reordinationum nullum manere potest dubium, et in hoc consentiunt omnes" p 72. Concordant Saltet 152 Kern 511
16. Fuisse ordinaciones reordinationes sub Leone IX testatur S Petrus Damianus ML 145, 99.
1049-54
Ipsum Leonem IX aliquos reordinasse ex verbis S. Petri (ML 145 93) eruunt Many p. 73; Saltet idem censem p 184s sed in appendice p 408 hoc testimonium relinquit (quia S. Petrus solet dicere "consecrare" de vera ordinatione; "ordinatio" aequivalet apud eum "institutioni canonicae"; cum alia testimonia contra Leonem IX (Brunonis, Berengarii) valde sunt infirma, ab omni macula Leo liberatur a Kern (p 513).
17. Urbanus II dicitur reordinasse Daibertum diaconum (Nihil clariss esse potest, scdm Many p 75, ex verbis Urbani ML 161 1148)
1088-94
Iubente Urbano, Poppo archidiaconus Trevirensis est reordinatus fatente Saltet p 238
Attamen Saltet affirmit p 239 nullum haberi testimonium Urbanum iterasse presbyteratum vel episcopatum; neque admittit p 251 ullam conclusionem deduci posse ex can # 3 et 4 conc Placentini (AD 1095; Msi 20 805), cum vox "irritus" in omnibus istis canonibus significat "non agnitus" "practice nullus"
Ulterius procedit Kern p 514: dici non potest Urbanus iterasse diaconatum et agnovisse validitatem presbyteratus et episcopatus; ergo explicatio gestorum circa Daibertum et Poppo praerenda manet.

Saec. XI.

S. Petrus Damianus valorem ordinum ab haereticis collatorum defendebat, Saltet 184, 408
Humbertus cardinalis oppositum docuit

Saec XII.

Rolandus: non valent ordines ministrati ab haeretico qui ipse ab haeretico est consecratus, Saltet 297ss; attamen ut Alexander III (1159-81) secundum hanc theoriam Rolandus non processit, Saltet 327.

Omnibene oppositum docuit, Saltet 307 ss.

Schola Bononiensis sententiam Rolandi magis sequebatur, e.g.

Rufinus: in ecclesia episcopus dat et ipsum ordinem et ordinis virtutem; at episcopus catholicus extra ecclesiam factus eo ipso amittit "licentiam exsequendi" ideoque valide ordinat at nullam exsequendi potestatem dare potest; unde haereticus ab haeretico ordinatus nihil prorass dare potest, Saltet 312s. Praeterea docuit Rufinus per poenam depositionis ita ligari ordinem ut practice eius potestas sit nulla, Saltet 314.

Ioannes Faventinus idem docuit, Saltet 315s, 339.

Gandulphus oppositum docuit; "ordo est ambulatorius," scilicet, ambulat in infinitum modo sicut formam praescriptam conferatur. Saltet 320 ss. Magis magisque haec doctrina invalebat quamvis contraria citabatur. Ad scholam Gandulphi pertinent ergo Huguccio et S. Raymundus de Pennafort, Saltet 336s, 339.

Innocentius IV (In quinque libros decretalium apparatus, Lugduni 1578, p 22, 295; Saltet 340) ex potestate ligandi deduxit summum Pontificem, non vero episcopum, habere potestatem statuendi impedimenta dirimentia circa omnia sacramenta sicut circa matrimonium.

Lombardus quattuor refert dententias, lib 4, d 25, c. 1, ubi suam opinionem pro non prodit; at dist 13, docet alia sacramenta fieri posse extra ecclesiam, non vero eucharistiam. "Illi vero qui excommunicati sunt vel de haeresi manifeste notati, non videntur hoc sacramentum posse confidere, licet sacerdotes sint."

Idem docuerunt Petrus Pictaviensis et Summa Sententiarum.

Saec. XIII

Praepositinus, Saltet 351, ex auctoritate SAug: haereticus omnia sacramenta et habet et confert, dummodo in forma ecclesiae faciat et potestatem habeat; potestatem habet non solum qui ultimam manus impositionem in ecclesia accepit, sed etiam secundus tertius et in infinito /n
Guilelmus Altissiodorensis idem docuit.

Bonaventura 4 d 25 a 1 q 2 et 3 d 13 a 1 q 1; valent

Thomas 3 q 64 a 5 et 9 ponit doctrinam universalem; q 82 a 5, 7, 8 de Eucharistia; 4 d 25 q 1 a 2 de ordine

Scotus 4 d 13 q 2; 4 d 25 q 1; valent -- subtiliter implicare videtur si episcopatus est ordo, manet potestas in degradato; secus non manet.

Subsequentia documenta ecclesiastica.

DB 424 486 488 545 584 672 696 855 860 902 920 1848

Salutem temporalem atque spiritualem, pacem cordis et rei publicae, in mente gaudium, in ore iucunditatem, in studiis facilitatem et diligentiam, spem finiendi curriculi, patientiam in lectionibus, immo et longanimitatem, vobis, fratribus reverendi patres FFque in Xto car. mi donet Deus optimus maximus, mediante Do Iesu, mediatrice sua Matre atque nostra Maria.

Quod per totum theologiae cursum sub alio aliquo aspectu mentis ante oculos versatur, proprius hoc anno accedetis, intimius perscrutabimini, profundius intelligetis. Nam in omni tractatu aliqua saltem ratione de Mysticō Xti Corpore quaestio est: huius enim corporis Deus unus est auctor, SpS est tamquam anima, Verbum Incarnatum est caput; huius origo dicitur a revelatione, huius doctrina ab inspiratione regulatur, huius physiologia in ecclesia perspicitur, huius finem novissima denuntiant. Quanto autem mysticum hoc corpus caeteris corporibus praestat, tanto mirabilior est mystica vita quam hoc anno investigatam atque exploratam inspicietis. Quid enim aliud est gratia Dei nisi vita divina nobis communicata ut eius divinitatis fiamus consortes qui humanitatis nostrae factus est praticeps. Quaenam vero sunt sacramenta

ecclesiae nisi vitae interioris exteriora mysteria, quae flumine aquae et Spiritus novum hominem generant, quae recenter natos in vitae certamine confirmant, quae pane vinoque mysticum corpus nutriunt atque augent, quae sententia simul medicinali et iudiciali infirma membra sanant, quae divina auctoritate in liberos procreandos alios spiritualiter alios corporaliter deputant, quae unctione boni odoris Xti morituros congignant?

Ad vitam ergo Xtianam, a mundo segregatam, in Deo absconditam, cursus theologicus hoc anno dedicatur. Cuius praestantia perspecta, reliquum est ut paullo prppinquius ad nostram materiam accédamus. Faciliás est descriptio. In omni enim vita est parallelismus quidam psycho-physicus, cohaerentia quaedam mirabilis inter phenomena externa et realitatem internam. De corpore Xti mystico, idem valet; nosterque tractatus de sacramentis in genere/nexum illum qui inter ~~et~~ signa intercedit, puta externa et dona divina, inter aquam et gratiam, inter chrismationem et dona septenaria Spiritus, inter panem et corpus Domini, ~~et~~ inter ^{Utrumque unde} absolutiónem et peccatorum remissionem, intercedit. Qualis ergo sit iste nexus, ista cohaerentia, iste parallelismus, hoc opus hic labor. Cras ingens iterabimus aequor. Iamque valete.

Solvuntur obiectiones quaedam:

1. Ea non est ecclesiae "praxis traditionalis" contra quam docuerunt multi PP. et egerunt multa concilia.

Atqui multi PP. docuerunt multaque concilia egerent ac si valor sacramentorum penderet a fide ministri. Ergo.

R. Distinguo maiorem: si "praxis traditionalis" intelligitur ea quae semper, ubique, ab omnibus agnita et adhibita fuit, C; si "praxis traditonalis" intelligitur ea quae non argumentis sed praxi inhaerens pedetentim ad plenam difficultatum solutionem universalemque usum pervenit, ~~Nx~~ sub-distinguo: si dicta PP. et acta CC. non possunt explicari per defectum definitionum et distinctionum, C; si possunt ita explicari, N.

Contra-distinguo minorem secundum sub-distinctionem: PP. docuerunt et CC. egerunt ac si aut valor aut fructus sacramentorum impediri posset aliquo modo per falsam fidem, C; per falsam fidem qua talem et prout distinguitur a falsa fide vitante intentionem vel obstante dispositiones requisitas ad fructuosam receptionem, N. Ut enim patet, hae distinctiones tum temporis non fiebant.

2. Praxis traditonalis quocumque modo intellecta determinatur a conciliis oecumenicis.

Atqui conc. Nicaenum non agnovit valorem baptismi Paulanistarum propter defectum fidei (DB 56). Ergo.

R. Maior conceditur. Ad minorem: tria praenoto 1) historice non constat cur baptismus Paulanistarum invalidus sit habitus, 2) neque constat utrum canones disciplinares conc. Nicaeni umquam ~~maxx~~ a Sancta Sede approbati fuerint, 3) sed si hi canones approbati erant, tunc certo sunt intelligendi eo sensu quo Innocentius I eos intellexit et authentice declaravit (DB 97). Unde

Dist. Min. Conc. Nicaenum eo sensu quo approbatum a Sancta Sede non agnovit valorem baptismi Paulanistarum propter defectum fidei, N; propter defectum formae, C; vide DB 97.

3. Atqui ipse Innocentius negavit valorem ordinationum Arianorum.

R. Hoc explicite ab Innocentio affirmatur, N; hoc deducitur ex rationibus ab Innocentio allatis ut suaderet ne clerus Arianus cum dignitate clericali in ecclesiam reciperetur, sub-distinguo: legitime, N; illegitime, C.

Explico cur talis deductio sit illegitima: rationes ab Innocentio allatae sunt intelligendae secundum scopum finis ab eo intenti, nempe, ne clerus Arianus cum dignitate clericali in ecclesiam reciperetur; unde non agitur de valore ordinum sed per se de disciplina ecclesiastica; praeterea, quantum ad ipsa argumenta ab Innocentio allata, hoc est notandum atque tenendum: quod deduci potest e documento conscripto post invectas claras definitiones et distinctiones, idem non potest deduci e simillimo documento conscripto ante intentionem distinctionum et definitionum; nam interpretatio facienda est secundum mentem auctoris et nos non possumus legitime deducere quod ipse auctor non potuit.

4. Ipsi Romani Pontifices reordinaverunt.

R. Error doctrinalis, N; practicus, sub-dist.: frequens, N; rarissimus, C. De solo Sergio reordinante non dubitant periti. Vide supra.

De Ministro Sacramentorum

Minister sacramentorum: is qui sacramentum conficit, sive ponit et materiam et formam (bapt, conf, unct, ord, matr) sive ponit formam ad materiam suppositam (euch, paen).

Dicitur minister et non simpliciter confector, auctor, quia proprio nomine et propria virtute non agit.

Eph 5: 25.26 X^tus mundat ecclesiam lavacro in verbo vitae

R 1280 (Ambr) 1810 (Aug) alia loca apud Lennerz §108

STh 4 d 5 q 2 a 2 qc 2 et 3

Flor DB 698 "Sacerdos in persona Xti loquens hoc conficit sacramentum"
cf formam Euch "Hoc est corpus meum"

Unde distingue potestatem

propriam sed acceptam: Summus Pontifex definit veritatem, fert legem;
ubi dici nequit X^tum definire, X^tum legem ferre; secus nulla
distinctio inter legem divinam et legem ecclesiasticam
vicariam: si SPontifex baptizat ordinat absolvit, vere dicitur
X^tus baptizare, ordinare, absolvere
Utr^aque potestas est a Xto accepta, est ex mandato Xti
Quaenam differentia?

Vicarius est qui ita agit nomine alterius ut actio tamquam actio alterius
habeatur

Actio procuratoris non facit ut procurator matrimonium contrahat, sed
ut aliis contrahat cuius auctoritate et nomine agit procurator; et
similiter in aliis contractibus.